

- 7 Sacerdotalis ordinis materia remota est Calix cum vino, & Patena cum Hostia, materia verò proxima est illorum traditio.
- 8 Ordinatus in Presbyterum non manet, cui non traditur Patena cum Hostia, & Calix cum vino.
- 9 Sacerdos manet initiatus, si Episcopus moriatur antequam proferat verba illa, Accipe Spiritum Sanctum, &c. peractis aliis.
- 10 Ordines duo sacri eodem die etiam Regularibus dari non debent.
- 11 Ordines duos sacros suscipiens, non solum peccat, sed à posteriori suspensus est, in quo solus Papa dispensat, nisi consuetudo permitteret.
- 12 Locus congruus ad conferendos sacros Ordines est Ecclesia Cathedralis, vel loci dignior.
- 13 Locus ubi Episcopus Ordines confert, an in litteris ordinandorum sit exprimendus, remissivè.
- 14 Hora pro sacrorum collatione, qua sit, ostenditur.
- 15 Tempus matutinum non est de substantia collationum Ordinum.
- 16 Missa cum sacri Ordines conferuntur, non est de substantia.
- 17 Ordines majores quare sacri appellantur, ostenditur.

SUBDIACONATUS qui inter Ordines sacros primo loco numeratus est, in primitiva Ecclesia Ordo sacer non reputabatur, ut inquit Urbanus Papa in cap. nullus 4. 60. dist. ideo legitur tempore Syricii antiquissimi Pontificis Cathedram Pontificiam tenentis anno Christi 386. & in ordine 40 post Petrum, Subdiaconatum minimè fuisse Sacrum Ordinem, in c. quicumque, ubi Gloss. verb. ad Diaconi, 77. dist. confirmatur etiam ea ratione quod in Concilio Laodiceo, cap. 21. non permittitur Subdiaconi ingressus in Sacrarium, nec contactus vasorum dominicorum: & tamen constat vasa sacra ab aliis tangi non debere, quàm à sacratis hominibus ut dicit Stephan. I. in Epistola ad Hilarium. † Inter sacros igitur Ordines numeratum fuisse à Constitutione Gregorii atque Urbani, dixit Innoc. in cap. miramur, de servis non ordin. ubi Gloss. refert Prædictas Constitutiones, & latius Marc. Anton. Caper. in tract. de perpetua castit. Sacerd. cap. 7. Valq. in 3. part. tom. 3. disp. 248. cap. 3. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 2. cap. 2. num. 25. Marchin. de Sacram. Ordinis, tract. 2. p. 6. c. 1.

Dicitur autem Græcè Hypodiaconus, quasi subministrans Diacono, c. clericos, 21. dist. In ejus ordinatione pro materia porrigitur ei Calix vacuus cum Patena, cujus traditione perficitur ordinatio: cap. Subdiaconus, 33. dist. Jacob de Grassis in decis. aureis, p. 2. lib. 1. c. 9. n. 6. Rodolph. Cupers in repet. c. oportebat, 79. dist. in §. Subdiaconatus Ordo. art. 1. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 12. num. 11. Marchin. ubi supra cap. 2. Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 7. n. 28. verb. Subdiaconus, Valq. tom. 3. in 3. p. disp. 236. c. 3. ac Molfes. in summa Theologia moralis, tract. 2. c. 8. n. 14. & 15. Carol de Grassis de effectibus clerical. in pralud. n. 288. & seqq. ubi addit onus esse pertinens ad hunc Ordinem, ad Sacrificium deferre vinum, & aquam in urceolis Diaconis administrare, & mantile & manutergium tenere, & pro lavandis ante Altare manibus Sacerdotibus aquam præbere, & hoc etiam officio functus fuit JESUS CHRISTUS Dominus noster, quando linteo se præcinxit ad lavandos pedes Discipulorum, & quando de aqua in nuptiis fecit vinum. Non est necesse Calicem esse consecratum, ut ait Sor. Ledelm. & Emman. Sa, quos refert, & sequitur Henriquez in sum. lib. 10. c. 5. in commento lit. F. & c. 8. n. 3. contra Sylvest. verb. Ordinatio 2. §. 4. vers. 3. & alios quibus adhæret Fornarius de Ordin. cap. 2. §. 6.

ad finem, & ille citato Molfes. d. c. 28. n. 23. Homob. de humana vita statibus, p. 1. c. 19. vers. Subdiaconi, ex eo quia nullo jure constat necessariam esse Calicis consecrationem ad essentiam Sacramenti; tum quia sicut validè confici potest Sacramentum in Calice non consecrato, ita validè conferri potest character ordinis per traditionem Calicis non consecrati: at tamen invigilandum ab Episcopo, ne Calice non consecrato utatur, cum non sine maxima causa constitutum sit, ut Calices consecrentur, & non nisi à personis sacris tractentur, cap. in sancta, de consecrat. dist. 1.

Forma autem sunt verba prolata ab Episcopo in traditione materiae, & iis utitur in traditione libri Epistolarum: Accipe librum Epistolarum, & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Patris, &c. Et in traditione Calicis vacui cum patena, ut habetur in Pontificali, hac verborum forma utitur Episcopus: Vide cujusmodi ministerium tibi traditur, ideo te admoneo, ut ita te exhibeas, quod Deo placere possis: referunt Molfes. d. cap. 8. n. 16. & Valq. d. tom. 3. disp. 238. c. 5. à n. 48. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 12. num. 1.

Subdiaconatus Ordo, & alii minores, una, eademque die sine Papæ licentia conferri non possunt, cap. 2. de eo qui ordin. furtivè suscepit. Quinimò hodie nedum simul dari non possunt, sed nec infra annum, cum non nisi post annum à suscepto postremo gradu minorum Ordinum ad sacros qui promoveri possunt, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas aliud exposcat, ut habetur in Concil. Trident. sess. 23. de reformat. c. 11. quod Concilium Trident. arbitrio Episcopi retinuit facultatem abbreviandi interstitia, non autem promovendi, vel dispensandi, ut promoveantur una die ad duos sacros, vel ultimum minorum cum primo Sacrorum: ita Menoch. de arbit. casu 564. n. 6. Maiol. de irregular. lib. 4. cap. 11. post num. 1. & lib. 3. c. 7. 4. p. n. 13. Salzed. ad Bernard. cap. 25. vers. una eadem die. Non tamen Concilium dicto loco aufert consuetudinem, quæ permitteret, ut possint simul minores dari cum Subdiaconatu; nam ubi ea extaret, licet his quoque temporibus eos simul conferret Episcopus, ut tenent Navar. in man. c. 25. n. 71. vers. 8. Rebuff. in praxi benef. tit. de clericis, malè promot. gloss. 1. n. 18. Sorb. in com. privil. mendicantium, verb. Ordines sacri, vers. & licet, Gutier. Canonic. lib. 1. c. 26. n. 31. & 32. Vivadl. in Candelab. aureo tit. de Sacram. Ordinis, n. 36. in sum. lib. 10. c. 11. §. 4. Suar. tom. 5. disp. 31. sect. 1. n. 43. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 23. art. 4. Fr. Ludov. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 38. art. 8. conclus. 2. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 4. num. 2. Bonac. de Sacram. disp. 8. quest. unic. punct. 5. n. 26. Valq. tom. 3. in 3. part. disp. 246. à n. 46. Fornar. de Ordine c. 8. §. 3. in 1. notab. Molfes. d. tract. 2. c. 8. n. 37. Quamvis ab ipso Concil. sublata esse omnem contrariam consuetudinem, existiment Maiol. de lib. 4. cap. 11. n. Menoch. d. casu 564. n. 8. Salzed. d. cap. 25. vers. una, eademque die Reginald. lib. 3. n. 28. Cætera de hoc Ordine vide in tract. de jure Eccles. lib. 1. c. 37.

Diaconus Græcè, minister Latine appellatur, cap. clericos 21. dist. quia Sacerdoti ministrat, & aliis clericis ministeria dispensat, & res sacras populo administrat; nam licet alii quoque Clerici ministri existant, solus tamen Diaconus propriè sortitur hoc nomen, quia solus circa res sacras Presbytero ministrat, easque fidelibus distribuit, cap. Diaconi sunt, 93. dist. Alii verò potius assistentes dicuntur, ut Sylvest. Summus Pont. docet in cap. nullus Acolytorum, 24. dist. Hic & Levita vocatur à tribu Levi, à qua Diaconi originem ex veteri Lege traxerunt, d. clericos, c. Diaconi sunt, 93. dist. Elegerunt autem Apolloli septem Diaconos quorum

quorum primus, & sanctitate præcipuus claruit B. Stephanus, & post aliquot tempora insignis ejusdem Ordinis floruit B. Laurentius, & plures alii: sed locum quidem illorum septem tenere videntur Archidiaconi, qui ministri sunt spirituales Episcoporum, sicut illi in Apostolorum locum viduis ministrabant, argum. *cap. Diaconi Ecclesie, 93. dist.* In ordinatione Diaconi pro materia traditur ei liber Evangeliorum, & illius traditione perficitur sua ordinatione, *cap. Diaconus, 23. dist. Sanch. d. lib. 7. cap. 1. dub. 1. 2. num. 15.* ubi advertit hunc esse actum secundarium, & minus principalem Diaconi; nam actus principalis Diaconi, qui est porrigere Calicem, & Patenam cum Hostia, & vino Sacerdoti, non potuit traditione alicujus materiae explicari, quia cum Presbytero Calix cum vino, & Patena cum Hostia tradatur, Subdiacono vero eadem vasa vacua, modus non restabat medius, quo posset tradi Diacono, quam ob causam propter Evangeliorum dignitatem, per eorum libri traditionem suscipitur Diaconatus, cujus officium est publicè legere Evangelium in Ecclesia, & ministrare in Sacrificiis, verbis gentibus prædicare, & Sacerdotibus in sacris Ecclesie actibus deervire, ad quos actus omnes alii, qui attribuuntur huic officio reducuntur: quod officium etiam Dominus noster exerevit, quando post Cœnam Sacramentum Sanguinis, & Corporis ministrabat Discipulis, ac quando prædicabat Evangelium: idè eis assignatur liber Evangelii, & Stoa in modum jugi alteri tantummodo eorum humero injecta. Cresp. *in sum. Ecclesiast. discipl. verb. Diaconus, Homobon. de Bonis de humana vita statibus, p. 1. c. 29. in princip. Rodolph. Cupers in dict. cap. oportebat, rub. Diaconus institutum, art. 1. n. 38. Grassis d. cap. 9. n. 7. Vulpe d. c. 7. n. 28. Carol. de Grassis d. prelud. n. 290. Marchin. d. tract. 2. part. 7. c. 2. cum seqq. Valq. tom. 3. in 3. p. disp. 236. c. 4. cum seqq. Molfes. dict. tract. 2. c. 9. Sanch. d. lib. 7. c. 1. dub. 17. n. 8.* Forma autem sunt verba Episcopi in traditione materiae, videlicet: *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Domini. Amen, ut in Pontificali. De hoc Ordine dixi d. lib. 1. c. 35.*

Presbyter Græce, Latine senior dicitur, *cap. clericus, 21. dist.* non tam ætate, quam moribus, & officio, qui etsi ætate plerumque sit junior, sic tamen vivere, ac conservari debet ut ejus probata vita senectus sit, ut inquit Concil. Trident. *sess. 23. de reform. c. 14.* Is Sacerdos etiam dicitur, quasi sacrum dans. Sed Sacerdotis quidem nomen in Sacris Canonibus, non solum inferiores Presbyteros, sed etiam Episcopos comprehendit. Propriè verò & strictè Presbyter dicitur qui curam habet animarum post Episcopum: sed & Diaconus, & Subdiaconus Sacerdotis nomine continentur, *cap. si quispiam, 81. dist. cap. Subdiaconatus, 77. cap. 1. in fine, 15. quest. 5. c. 2. ubi Gloss. de cohab. cler. præsertim ubi de favorabili agitur; in re verò odiosè strictè fiet pro solo Presbytero. Panormit. in d. c. 22.* Ordinandus est Presbyter non minor viginti quinque annorum ætatis, ut *infra alleg. 26. num. 1.* dicitur, & qui bonum habeat testimonium, qui que non modò in Diaconatu annum integrum ministraverit, (nisi aliud Episcopo videretur, ut dicitur *alleg. 18.*) sed etiam populum docendum ea quæ scire omnibus necessaria sunt ad salutem, & ad ministranda Sacramenta, diligenti examine præcedente, idoneus comprobetur, atque ita peritus, & bonis moribus conspicuus, ut præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eo possint expectari, ut inquit Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 14.* Is quoque ex Tolerano Concilio VIII. *cap. 9.* Plalatinum, & Cantica usualia vel hymnos didicisse debet. In ejus ordinatione porrigitur ei pro materia

remota Calix cum vino, & Patena cum Hostia, materia verò proxima est traditio Calicis cum vino, & Patenæ cum Hostia, *cap. præterea, juncta Gloss. 23. dist. cap. generaliter, §. utriusque, 15. quest. 1.* Et forma illa verborum adjicitur, *Accipe potestatem offerendi, &c. cap. Presbyteri, cum seqq. 23. dist.* Cum ergo materia Sacerdotii sit traditio Patenæ cum Hostia, & Calicis cum vino, si in Patena non sit Hostia triticea, & in Calice vinum vitis desideretur, non manere ordinatum resolvunt Joan. de la Cruz *in direct. conscient. p. 2. de Sacram. Ordin. dub. 2. concl. 1.* Tanner. *in 3. part. D. Thom. disp. 7. q. 2. dub. 4. n. 94.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 11. diff. 4. n. 1.* Turrian. *in select. disput. Theolog. part. 1. disp. 21. dub. 2.* Campan. *in divers. Juris Canon. rub. 2. n. 17.* quicquid dicat Hentiq. *in sum. lib. 10. c. 6. §. 1.* cujus opinio nobis aliquando placuit, in prima scilicet hujus tractatus impressione, sed modò propter tantorum Doctorum auctoritatem libenter ab ea recedimus. Quamvis *Comin. h. de Sacram. disp. 20. dub. 7. n. 71. conclus. 6.* resolvat ordinandum de necessitate præcepti teneri tangere Calicem, & Patenam nihilominus tamen de necessitate Sacramenti non est necessarius talis contactus, ut per *Camer. de Sacram. tract. 11. cap. 3. dub. 4.* Zambran. *in decis. casuum conscient. cap. 6. dub. unico, num. 11.* Bonac. *de Sacram. disp. 8. quest. unic. puncto 3. n. 10.* Diana *moral. resol. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 3.* ubi subdit post Hentiq. Reginald. Valq. Molfes. & alios, non esse necessarium, ut ordinandus tangat physicè materiam, sed sufficere ut extensione manuum ostendat se eam ab ordinante acceptare; quia Concilium Florentinum de Ordine, nihil meminit de contactu, sed tantum de traditione.

Manus quoque ipsius sacro Chrismate inunguntur, oleo videlicet Catechumenorum, quæ Unctio solis Presbyteris in ordinatione præstatur, non autem inferioribus clericis, *d. cap. præterea, & Sacerdotali veste induitur, ut in Pontificali.* Manus etiam super ipsum imponit ordinator, & Presbyteri stantes, *cap. Presbyter, 23. dist. cap. ult. de Sacram. non iterandis, ubi Host. num. 10.* asserit sufficere etiam si non omnes stantes sed dudò tantum manus imponant, & sic Sacerdos remanet initiatus Ordine Sacerdotali. Si his peractis moriatur Episcopus, antequam illa verba proferat, *Accipe Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.* licet his verbis prætermisissis imperfecta sit Sacerdotalis potestas, cum Sacerdos à peccatis nequeat absolutionem impendere prætermisissis ab Episcopo præcitis verbis. Ita *Valent. tom. 4. disp. 9. quest. 1. puncto 5.* Card. Bellarm. *c. 9. de Ordine, Suar. tom. 5. disp. 42. sect. 4. & 11.* Martini Fornari. *de Ordine cap. 2. n. 1. ad finem, Hentiq. in sum. lib. 10. c. 6. §. 1.* Sanch. *in opuscul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 12. n. 20.* Officium Presbyteri est, ut habetur *in cap. perlectis, 25. dist. Corporis, & Sanguinis Domini Sacramentum conficere, & Deo in Sacrificio offerre, super populum orare, à peccatis absolvere, & benedicere dona Dei; baptizare etiam, & alia Sacramenta populis ministrare præter Cõfirmationem & Ordinem, ut suo loco ostendimus; & denique verbum Dei prædicare: quæ quidem omnia, etsi in potentia in Presbyterii caractere constant, quia videlicet harum rerum potestas in Ordine traditur, non tamen omnia in actum absque jurisdictione, & Superioris auctoritate deducuntur, quod enim de potestate absolvendi diximus, est à Concilio Trident. *sess. 23. de reform. c. 15.* constitutum, ut nullus Sacerdos cujuscumq; audiat Confessionem, nec absolutionis beneficium valeat impetiri, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Ordinario per examè idoneus approbatus jurisdictionem ordinariam, vel delegatâ hac in re coniequatur, ut late *all. 25.* videbimus. Alia simpliciter Sacramenta ministrat*

ministrare non potest Sacerdos, nisi similem habeat ab Episcopo, vel Rectore Ecclesie auctoritatem, sed nec Missæ Sacrificium eum celebrare convenit antequam hoc ei ab Episcopo permittatur. Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 2. Neque coram Episcopo suo celebrans benedictionem super populum dare potest, non obtenta ab eo licentia, Nicol. I. ad Michael. Imper. & habetur in Hispal. Concilio; & denique verbum Dei prædicare non potest antequam mittatur, & approbetur, cap. ecce, 95. dist. Cæterum si nihilominus in solo caractere confusus prædicta omnia exercere voluerit, rata habebuntur, & valida præter Pœnitentiæ & Matrimonij Sacramenta, in quibus cum caractere etiam jurisdictio requiritur de essentia ut suis locis exponitur.

9 De scientia autem, quæ requiritur in majoribus Ordinibus initiandis, videtur indagandum: & in primis ad Subdiaconatum, & Diaconatum requiritur, ut initiandus Latine sciat, & quæ legit, intelligat: sic Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 4. concl. 3. Menoch. de arbitr. casu 425. num. 50. Sanch. in opuscul. moralib. libro 7. cap. 1. dub. 45. n. 15. ubi n. 16. post Sot. citato loco, subdit ad Sacerdotium ultra dicta desiderari, ut Sacrificium illud intelligat, & sic requiri ut bene legat contenta in Missa, & mediocriter intelligat, & ut habeat mediocrem scientiam, ut possit servare ritè ea quæ spectant ad Missam conficiendam, & quod sciat defectus occurrentes in Missa materiam & formam consecrationis dispositionem necessariam ex parte animæ, & corporis, & antea num. 5. dixerat peccare mortaliter Episcopum ordinantem eum qui nescit officium, & necessaria ad Officium, & talem Ordinem, Marchin. de Sacram. Ordinis, p. 5. tract. 1. q. 1. c. 1. n. 6. cum seqq. Quod examen de scientia etiam respectu Regularium fit ab Episcopis: vide supra alleg. 11. n. 5.

10 Duo sacri Ordines eodem die etiam Regularibus conferri non debent, ut de jure probat c. litteras, & cap. dilectus, de tempor. ordinat. decet Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 13. & resolvunt Henriquez in sum. lib. 6. c. 10. §. 3. lit. Q. & lib. 13. c. 38. in fine. Fr. Emman. in explic. Bullæ Cruciatæ, fol. 238. & q. Regul. tom. 3. q. 23. art. 4. & q. 24. art. 3. & 5. And. Gambar. de officio, & potestate legati, lib. 2. n. 264. Rebuff. in praxi benefic. part. 2. tit. de clericis ad Sacros Ordines malè promotis, gloss. 1. n. 18. Sanch. in opuscul. moral. l. 7. c. 1. dub. 53. n. 1. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici, p. 1. c. 4. n. 29. & p. 3. c. 8. n. 50. Piassec. in praxi nova Episcopali, p. 1. c. 1. n. 50. versic. huc spectat. Galet. in margar. casuum conscientie verb. Ordo, Marcel. Uulpe d. tract. 2. n. 14. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 2. n. 198. Miranda in man. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 5. Molles. in sum. tract. 2. c. 14. n. 13. novissime Marchin. de Sacram. Ordinis tract. 1. p. 7. c. 1. à n. 1. & Lezana in sum. quest. Regul. part. 1. cap. 14. n. 14. & dixi alleg. 18. n. 1.

11 Pœna autem contra recipientes una & eadem die duos Ordines sacros, licet à Tridentino nulla definiatur, nihilominus Jure Canonico erat imposita pœna suspensionis, ut in dict. cap. litteras, ibi ab executione officii Sacerdotalis tandiu volumus manere suspensum, donec de illo disponatur, & c. in cap. innotuit de eo qui furtivè ord. suscepit, ibi, in susceptis Ordinibus ministrare non debeat, & c. ex quibus postremis verbis rectè colligitur hanc suspensionem esse læ sententiæ, & ipso facto, ut per illum text. resolvunt Navar. in man. cap. 25. n. 71. Marchin. d. c. 1. n. 2. Bonac. de censur. extra Bullam, disp. 3. q. 1. punct. 4. §. 17. num. 1. quicquid dicat Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 41. Quam quidem suspensionem incurrit etiam ille, qui continuato ejusdem diei jejunio Dominica die sequenti quatuor temporum recipit duos Ordines sa-

ros, ut asserunt citati infra alleg. 18. num. 1. in fine, quibus addo Henriq. d. lib. 13. c. 38. §. 3. in fine, & Salzed. ad Bernard. c. 25. prope finem. pag. 104. ubi dicit etiam tunc suspensum esse Episcopum à collatione Ordinum, & Ordinat. ab executione, donec Apostolica Sedes dispensationem ei indulgeat. Sed dubium est an suscipiens una die duos sacros Ordines sit suspensus ab utroque, vel ab altero eorum? In quo dicendum mihi videtur, fieri suspensum solum ab ultimo Ordine suscepto. Ita Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. n. 40. Sayr. eod. tract. lib. 4. r. 14. num. 23. cum seqq. Molles. in sum. tract. 2. c. 18. n. 9. quos refert, & sequitur Marchin. n. tract. 1. part. 7. c. 1. n. 2. in fine, quibus adde citatos in Collect. d. Conc. sess. 23. c. 13. n. 15. Poterit tamen summus Pontifex dispensare, ut quis eodem die suscipiat duos majores Ordines, quia hæc prohibitio de jure positivo est, in quo ipse dispensare potest. Molles. d. tract. 2. c. 14. n. 4. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 23. art. 4. & q. 24. art. 5. Episcopo verò neque ex rationabili causa id licet, c. cum dilectus, de tempor. ordin. Fr. Emman. d. q. 24. art. 5. Marchin. d. tract. 1. p. 7. cap. 1. num. 4. Utrum autem conferri possint una die minores cum Subdiaconatu, in iis locis, ubi viget consuetudo ut conferantur. Vide supra alleg. 11. post. n. 20.

Locus congruus ad conferendos sacros Ordines est de jure Ecclesie Cathedralis, ut asserit Sylvest. verb. Ordo 2. num. 8. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 50. num. 3. de consuetudine tamen licere in ea Ecclesia eos dare, quam Episcopus eligere mavult, tenent, D. Anton. 3. p. sum. tit. 14. c. 16. §. 17. Tabiena verb. Ordo 5. §. 1. Rebuff. in regul. 23. Cancellaria, versic. & minores, Ugolin. de potestate Episcopi cap. 26. §. 24. n. 2. Henriq. in sum. lib. 10. c. 11. §. 3. Piassec. in praxi nova Episcopali, p. 1. c. 1. n. 46. pag. 55. Sed hodie hac in re habemus claram dispositionem Concil. Trident. d. sess. 23. de reform. c. 8. ubi in hæc verba: Ordinationes Sacrorum Ordinum in Cathedrali Ecclesia, vocatis presentibus ad id Ecclesia Canonicis, publicè celebrantur: si autem in alio Diœcesis loco, presente clero, loci dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper adeatur: referunt Barth. à Ledesina dub. 15. de Ordine, Salzed. ad Bernard. in pract. c. 26. versic. minores verò, Sanch. d. n. 3. Garcia de benef. p. 8. cap. 1. n. 17. in fine, Armend. in addit. ad recop. legum Navarrae lib. 1. tit. 18. de Episcopis, versic. ad 10. † Dubium deinde restat an locus ubi Episcopus Ordines confert, si in literis ordinandorum exprimens, De quo vide Cald. Pereira de empt. cap. 5. n. 10. ubi post Rebuff. in praxi, tit. de formaliter. Tonsur. n. 7. & Menes. l. 4. C. de divers. rescript. n. 12. resolvit exprimens esse.

Hora verò pro sacrorum collatione est circa nonam, per Gloss. 1. in c. quod à patribus, ubi Archid. 75. dist. Sed usus servat, ut conferantur manè quacumque hora; non est tamen tempus hoc de substantia collationis Ordinum, secundum doctrinam Hostiens. in c. consultationi. n. 2. de temp. ordinat. ubi habetur, † quod tempus, ætas, & Episcopi qualitas non est de substantia Ordinum; ideoque character imprimitur, si quocumque tempore, à quocumque Episcopo, dummodo in forma Ecclesie, & homini baptizato conferantur; conferentes verò, & recipientes ideo puniuntur, quia transgressores sunt Canonum, de quibus suo loco tractabimus: sic etiam † Missa cum sacri Ordines conferuntur, non est de eorum substantia, ut notant Doctores in c. quod sicut. de elect. Armilla verb. Ordo, n. 8. licet tamen requiratur de honestate, & usu ut firmat Imol. d. c. quod sicut, n. 16. Sot. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. conclus. 2. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 4.

Prædicti majores Ordines ideo sacri appellantur à sanctimonialia, id est castitate, & continentia, quam in ducunt

ducunt gloss. fin. in sum. 32. dist. Bellarm. lib. 1. de Sacram. Ordin. c. 8. versic. respondeo, il. 1. quia illis annexum est castitatis votum, ut alleg. seq. ob idque re-
 cta ratione sacer Ordo peculiariter in Ecclesia is di-
 citur, cui est annexum sacrum votum continentiae,
 propter quod homo dicatur & sacratur Deo, ut in-
 quunt Valentia tom. 4. disp. 9. quest. 1. puncto 4. vers.
 Innocentius vero, Foinat. de Sacram. Ordinis cap. 1.
 n. 3. Bonac. de Sacram. disp. 8. quest. unic. puncto 2. n. 2.
 ad fin. Flamin. de resign. lib. 5. q. 6. quamvis prædictos
 Majores Ordines dici Sacros quia ordinati in eis sunt;
 quorum actus, aut habent Sacra tangere, aut Sacra-
 mentum Altaris perficere, dicant Alphons. Alvarez
 in speculo Iuris Pontificii cap. 81. versic. circa istum
 articulum, Catol. de Grassis de effectibus clericalibus,
 in pralud. num. 296.

ALLEGATIO XV.

De castitatis voto Sacris Ordinibus
 annexo.

SUMMARIUM.

- 1 Continentia Sacro Ordini quando cœpit esse anne-
 xa, ostenditur.
- 2 Continentiam antiquitus promovendi expressè co-
 gebantur polliceri.
- 3 Continentia Sacris Ordinibus Ecclesiastico prace-
 pto fuit annexa.
- 4 Ordinibus Sacris insignitus ante pubertatem an
 arctetur ad continentiam ostenditur.
- 5 Ordinatus vi metûve, qui in constantem virum
 caderet, esto suscipiat Ordinem, an voto continen-
 tia teneatur, disputatur.
- 6 Ordinibus Sacris insignitus tenetur in confessione
 circumstantiam Ordinis Sacri detegere, non so-
 lum cum actuale peccatum carnis paravit, sed
 etiam cum consensum præstitit.
- 7 Clericus fornicans ratione voti committit incestum.
- 8 Concubitus clericus Sacris insignitus, esse simplicem
 fornicationem, sunt qui teneant.
- 9 Cap. quia circa, de bigamis, declaratur.
- 10 Cap. Presbyter, 28. dist. declaratur.
- 11 Fornicatio clericus cum soluta non est adulterium.
- 12 Mulier fornicans cum clerico in majoribus, non
 committit ex parte sua incestum, & n. 13.
- 13 Filius clericus in Sacris constituti sua matri potest
 succedere, ibid.
- 14 Contrarium ostenditur, ad id citatis pluribus Do-
 ctoribus.
- 15 Coitus damnatus dicitur ille, cui aliqua pœna tem-
 poralis per legem, aut constitutionem juris im-
 ponitur.
- 16 Filius ut non succedat matri, sufficit esse suscep-
 tum ex coitu damnato, vel punibili.
- 17 Componuntur opiniones hac de re adinvicem con-
 trarie.
- 18 Clericus castitatem, & continentiam Sacro Ordini
 annexam servare debet.
- 19 Sancti qui non sunt sancta tractare non possunt.
- 20 Continentia in clericis est de jure positivo.
- 21 Subdiaconatus de essentia, aut substantia non est
 continentia, sed tantum accidens ex statuto Ec-
 clesie.
- 22 Papa dispensare potest, ut promoti ad Sacros Or-
 dines matrimonia contrahant.
- 23 Papa potest dispensare cum Religioso, vel Mo-
 niali super voto castitatis, & continentia, ut ma-
 trimonia contrahant.

24. Cap. cum ad Monasterium, de statu Monachi
 declaratur.



CONTINENTIA Sacro Ordini cœpit esse
 annexa ex institutione Siricii Summi
 Pontificis, circa annum 388. in cap. pluri-
 mos, 82. dist. ut dicit Gloss. in c. cum in
 præterito, verb. qui Sacramentis, 84. dist. eamque po-
 stea confirmavit Innoc. I. anno 408. ut videtur deduci
 ex c. proposuisti, 82. dist. vel florere incipit à tempo-
 re Leonis I. qui Sedem Petri occupavit anno Christi
 440 ut colligitur ex quadam ipsiusmet epist. 83. c. 4.
 ad Anastas. Episcop. Thessalonicensem, cujus verba
 refert Marchin. de Sacram. Ordinis tract. 2. part. 6. c. 8.
 difficult. 5. Sed relicta in hoc temporum varietate,
 quam referunt Sot. de just. lib. 7. quest. 6. art. 2. versic.
 probatur, & Valentia tom. 4. disp. 9. quest. 5. punct. 5. §. 2
 versic. ceterum multis testimoniis sacrarum Scriptura-
 rum, antiquorum Conciliorum, veterum Pontificum
 sanctorumque Patrum Græcorum, & Latinorum hu-
 jusmodi continentiae votum sacris Ordinibus æquis-
 simo jure annexum fuisse, illisque magnoperè conti-
 nentiam expedire tenent Iodoc. Cl. & ovæ de cœlibatu
 Sacerdotum. Claud. Espenc. de continentia Sacerd. Mar-
 chin. de Sacramento Ordinis tract. 2. p. 6. c. 8. Sot. d. q. 6.
 art. 1. versic. & quoniam, Valentia d. puncto 5 §. 3.
 Card. Bellarm. lib. 1. de Clericis, c. 19. Fr. Emman.
 quest. Regul. tom. 3. quest. 1. art. 1. Azor. instit. moral.
 p. 1. lib. 13. c. 12. novissimè Torreblanca in præf. juris
 spirit. lib. 2. c. 15. per tot.

Hanc continentiam cogebantur promovendi anti-
 quitus expressè polliceri, c. nullum, c. præterea, & cap.
 quando, 28. dist. Postea verò ex Constitutione Martini
 Papæ nemo ordinandorum tenetur hanc continen-
 tiam expressis promittere verbis, sed tacitè, ut silen-
 tium ordinati pro consensu reputetur, subdens ne
 promovendus asseveret se non velle continentiae pro-
 missione detineri, cap. Diaconus, 27. dist. c. Diaconi, 28.
 dist. Et ita cum clerici ad sacros Ordines promoven-
 tur, tacitè castitatem promittere censentur, hoc est
 non expressè, sed facto ipso; nam licet non voce vo-
 veant, at f. & opere profitentur castitatem per sa-
 crorum Ordinum susceptionem, c. quando, c. de his, &
 c. præterea, 28. dist. Decian. in cap. at si clerici, n. 227. de
 judic. Alphons. Cupers in repet. c. oportebat, 79. dist.
 versicul. explicatur de Cardinalibus, art. 1. c. 16. Mo-
 nald. conf. 69. n. 6. l. 2. quos refert Carol. de Grassis de
 effectib. clerical. in pralud. n. 41. Franc. Mendoza in lib.
 1. Regum, c. 1. me citato in hoc loco, Torreblanca d. lib.
 2. c. 15. n. 57. quibus addo Mich. Medin. de Sacrorum
 vir. continent. lib. 5. cap. 2. Card. Bellarm. lib. 1.
 de Matrim. cap. 21. Azor. institut. moral. part. 1.
 lib. 13. cap. 12. quest. 6. Valquez tom. 3. in 3. part.
 disp. 249. cap. 2. & 3. Sanchez de Matrim. lib. 7.
 disp. 27. num. 10. Basil. Pont. in simili tract. lib. 7.
 cap. 27. n. 7. Marchin. d. tract. 2. p. 6. c. 8. difficult. ubi
 difficult. 7. inquit in quo consistat solemnitas voti
 continentiae, quod in susceptione Subdiaconatus
 emittitur, & qua ratione differat à voto castitatis so-
 lemni in approbata Religione? Vtrum autem Episco-
 pi, interveniente Cleri consensu, statuere atque de-
 cernere possunt, quod promoti ad minores Ordines
 continentiam? Negativam partem sustinet Anguian.
 de legib. lib. 2. controv. 2. n. 26. ubi reprobatur & repre-
 hendit Archid. in c. certè, n. 1. & 12. q. 1. contrarium
 tenentem.

Ex quibus jam primò colliges falsam sententiam
 illorum, quia asserunt cœlibatum sacro Ordini jure
 divino adjunctum fuisse, ideoque nulla potestate hu-
 mana, etiam Papali, dispensari posse, quia ex dictis
 contrarium verius esse constat, & solo præcepto Ec-
 clesiastico Sacris Ordinibus fuisse annexam continen-
 tiam

tiam tenent D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 7. & 11. Anton. Capet. de perpetua castitate Sacerd. c. 25. Claud. Espensæus lib. 1. de contin. Sacerd. c. 3. Sot. in 4. sent. dist. 38. q. 1. art. 1. vers. *dubium*, Valentia d. puncto 5. § 1. vers. *sed his argumentis* Card. Bellarm. lib. 1. d. Clericis, c. 18. Henriq. in sum. lib. 10. c. 14. § 6. Azor. de c. 14. quest. 1. Marchin. d. c. 8. diff. 6. n. 1. idem me citato in hoc loco, videtur asserere eod. cap. 8. diff. 10. n. 10.

4. *Secundò* colliges illum qui ante pubertatem Episcopi incuriã, vel contemptu Sacris est insignitus, ad continentiam non arctari, postquam pervenerit ad illam, nisi cum pubertatem attingit, promotionem ratam habuerit, tum expressè, tum tacitè non contradicendo; quia si tunc protestetur, posset ad sæculum retrogredi, & uxorem ducere. Ita Abb. in cap. unic. num. 3. de clerico per saltum promoti, ubi Joan. Andr. n. 5. Host. num. 2. Sot. in 4. dist. 25. quest. 1. art. 2. conclus. 3. vers. *quod si roges*, Rebuff. in praxi benef. tit. de clericis malè promotis, gloss. 2. num. 10. Navar. conf. 2. n. 4. de his qua vi, Henriq. in sum. lib. 1. cap. 22. § 3. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 30. n. 1. & 8. Squillante de cleric. obligat. p. 1. num. 38. Bonac. de Matrim. puncto 9. num. 8. Basil. Pont. eod. tract. lib. 7. cap. 29. n. 15. ubi expressè tenet, quod si puer, si ad usum rationis perveniat, non reclamet, sed conscius obligationis continentie statum sequatur Ecclesiasticum, tunc ex ita tacita professione status sacri censetur in prædictum onus consensisse, & consequenter ab Ecclesia ad observantiam castitatis compelli posse, refert & sequitur Marchin. d. cap. 8. diff. 10. n. 1. & 2. ubi tamen n. 4. cum seqq. contra Maiol. Sanch. & Squillante, tenet impuberem, qui habens plenum usum rationis sua voluntate sacros Ordines recepit, sciens onus castitatis illis annexum, voto castitatis & Divini Officii recitatione teneri.

Quæstio in hac materia controversa est, an scilicet ordinatus vi, metu, qui in constantem virum caderet, esto Suscipiat Ordinem, continentie voto teneatur? In qua quæstione affirmativam partem tuentur D. Anton. 3. part. sum. tit. 14. c. 16. § 18. vers. *de sic coactè ordinato*, Sot. de justit. lib. 7. q. 2. art. 5. vers. *quapropter*, Armil. verb. Ordo 8. n. 4. Tabiena eodem verbo 2. n. 27. Archid. in cap. de Judais, in fine, vers. in gloss. 145. dist. Sylvest. verb. Ordo 4. n. 1. & 2. Henriq. Boich. in cap. majores. n. 5. de Baptismo, ubi Butr. § fin. n. 7. & Abb. in §. Item quaritur, etiam n. 7. Alberic. in suo dictionar. verb. Ordinat, vers. *virum coactè ordinatus*, Rebel. de obligat. justit. part. 2. lib. 3. quest. 12. n. 9. Petr. de Ledesma de Matrim. quest. 55. art. 4. Paul. Comitol. respons. moralium lib. 1. q. 55. a n. 3. Basil. Pont. de Matrim. lib. 7. Diana moral. resol. tom. 2. tract. 4. resol. 193. Negativa verò pars, quod scilicet talis continentie voto non obligetur, suadetur primò exemplo matrimonii, quod gravi metu extortum irritatur in jure, c. virum. de Regul. c. veniens, de sponsal. Secundò exemplo voti metu tali injecto facti, quod nullum est, cap. 1. & 2. ubi Gloss. verb. coactus, vers. Item & in voto, de his qua vi, quam sequitur Abb. ibi n. 11. vers. & quartus casus. Tertio, exemplo solemnem professionis, quæ pariter ipso jure est irrita, si per vim, vel metum gravem emittatur, c. insinuanti, qui cler. vel vov. c. sicut, c. qui Monasteria, 20. q. 1. Nec obstat quod vi, vel metu baptizatus adhuc tenetur legibus Christianæ Religionis, c. de Judais 45. dist. nã dispar est ratio, quia Baptismus est Sacramentum necessitatis, & similiter legis Christianæ observantia. At Ordo & continentia est de consilio, & voluntate: tum quia Baptismi susceptio, & professio legis Christianæ non est votum, quod natura sua perat plenam libertatem, sicut eam petit perpetuæ continentie votum. Quare ita hanc partem negativam tenent Gloss. verb. conditionatiter, in d. c. majores, §. item quaritur, dum ultimo loco

refert opinionem Joannis, ob quod videtur in ea reside- dere, Hieron. Paul. in praxi Cancellaria, fol. 55. Henriq. in sum. lib. 10. cap. 14. n. 3. & lib. 12. c. 5. n. 9. in com. lit. Q. Navar. consil. 1. n. 8. & conf. 2. n. 2. & conf. 3. n. 8. de his qua vi, in novis. Petr. de Ledesma in sum. part. 1. tract. de Sacram. Ordin. cap. 6. diff. 3. dicto 2. Sayr. in Clavi Regia, lib. 6. cap. 4. sub n. 20. Ugolin. de potest. Episcopi cap. 13. num. 3. Cæsar. de Grassis decis. 19. de his qua vi, & decis. 20. Rot. Rom. decis. 561. per 1. divers. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 29. n. 5. Bonac. de Matrim. quest. 3. puncto 9. n. 14. Coninch. tom. 2. disp. 20. dub. 14. à n. 143. Squillante de obligat. cleric. p. 1. n. 80. Marchin. loco cit. diff. 9. Jul. Cæsar Madius de sacris Ordinibus, c. 3. n. 7. hinc Rota decis. 105. n. 2. p. 1. in recentiss. censuit constare de metu Antonio illato antequam Sacris initiaretur, cum aliàs solus metus reverentialis ex præcedentibus minis, aut verberibus, etiam sine patris expresso præcepto, sufficiat in materia susceptionis Ordinis.

Tertio colliges constitutum in Sacris, quia habet prædictum castitatis votum annexum, non solum circumstantiam Ordinis sacri debere Sacerdoti detegere, cum actuale peccatum carnis patravit, sed cum memento tantum libidinosi acti consensum præstitit, argumento text. in cap. qui viderit, 32. q. 5. & juxta tradita per Sot. in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. verb. Enimverò, Jacob. de Grassis in decis. aureis, lib. 1. cap. 20. n. 32. & Ratione enim voti clericus fornicans committit sacrilegium, ut per Vincent. de Franch. decis. 27. n. 2. Lusit. Soar. tom. 1. commun. opinionum, lib. 1. art. 7. de clericis conjugatis, n. 20. pag. 175. Cald. Pereira de nominat. emphy. q. 19. n. 51. cum sequent. Azor. insti. moral. part. 1. l. 13. c. 12. col. 133. & p. 3. lib. 3. c. 17. q. 7. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 29. art. 2. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 27. n. 9. plures ex antiquioribus refert Cened. ad decretales collect. 102. n. 2.

Hinc fit, non esse veram sententiam Card. in Clement. ad nostrum, vers. 7. n. 2. de hæreticis, ubi Imola n. ult. & ejusdem Imolæ in cap. ut clericorum, num. 8. vers. advertat tamen, de vita & honest. cleric. Clar. in §. fornicatio, num. 4. & 18. & in §. incestus, n. 1. vers. sed nunquid, Bermond. de public. concubin. rub. de sacrileg. n. 1. Paleoth. de nothiis & spur. cap. 16. n. 14. cum seqq. Griland. in tract. de pœna omnifar. coitus, q. 15. n. 2. Gutier. post alios Canon. lib. 2. cap. 7. n. 44. & aliorum, quos refert Sanch. d. disp. 27. num. 11. aliterentium concubitum clerici Sacri insigniti, esse simplicem fornicationem, per text. in cap. quia circa, de bigamis, ibi, Cum eis tanquam simplici fornicatione notatis, &c. & per text. in cap. Presbyter, 28. distinct. ibi. Presbyter si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit. Quæ tamen opinio falsa est, & ideo contrariam, nempe talem coitum esse sacrilegum, melius sustinet Menoch. de arbitr. cent. 5. casu 418. n. 7. Thom. Doct. consil. 197. n. 4. Carol. de Grassis de effect. cleric. in pralud. n. 40. Azor. insti. moral. p. 1. l. 13. c. 12. q. 6. ad finem, & p. 2. lib. 7. c. 7. quest. 12. vers. sed dubia. Petr. de Ledesma in sum. p. 2. tract. 27. cap. 14. conclus. 2. Bened. Agid. in tract. de privileg. honest. art. 11. c. 10. citati à Gutier. d. cap. 7. à n. 7. cum seqq. Sayr. in Clavi Regia. lib. 8. c. 2. n. ult. ad fin. Suar. de Relig. lib. 2. c. 6. num. 12. multi quos refert, & sequitur Sanch. disp. 27. num. 19. afferentes teneri clericum illam circumstantiam voti annexi Ordini sacro tanquam mutantem speciem, in Confessione exprimere, & ita dicere se esse clericum in Sacris, & illam similiter declarare se peccasse cum clerico: cujus rei ratio est, qui ultra fornicationem virtuti temperantie contrariam, peccavit contra virtutem Religionis, violans castitatis votum, ac per consequens sacrilegium commisit, quod est rei sacræ violatio, ut text. in cap. de his, ibi, ut sacrilegi, 27. disp. Unde professus in Religione, & Sacris initiatus,

si castitatem violet, si votum sacri Ordinis & Religionis differunt specie, utramque circumstantiam tenetur confiteri, aliàs secus. Ita Jacob. de Graff. *in decis. aur. lib. 1. cap. 20. n. 21.* Ægid. Cominch. *de Sacram. disp. 20. dub. 3. n. 131.* Henriq. *in sum. lib. 5. de Pœnit. cap. 7. n. 6.* Less. *de justit. lib. 2. cap. 40. dub. 6. num. 40.* Sanch. *d. disp. 27. n. 25. cum seqq.* Homobon. *in exam. Ecclesiast. tract. 4. cap. 3. q. 27.* Filliuc. *in quest. moralib. tom. 2. tract. 40. cap. 9. n. 124.* Diana *moral. resolut. p. 1. tract. 7. resol. 4.*

9 Neque obstat text. *in d. cap. quia circa 3* responderetur enim quod ideo ibi dicitur fornicatio simplex, non quia non sit etiam sacrilegium, sed ut distinguatur ab aliis luxuriæ peccatis specialiori qualitate, & substantia affectis, in quæ incidit aliquando Presbyter, v. g. ab adulterio, stupro, vel incestu. Ita Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 3. cap. 17. q. 7. vers. in hac.* Sed melius accedendo menti & dispositioni textus dicendum puto, in eo vocari simplicem fornicationem in ordine ad bigamiam excludendam, quam non incurrit clericus concubiniarius, supposito quod non habuit animam contrahendi matrimonium de facto, & ita vocabitur simplex fornicatio ex parte affectus, & ut distinguitur à copula; quæ fit cum affectu maritali, juxta *cap. nuper, de bigamis*: non tamen vocatur simplex ad excludendam malitiam contra religionem; & ideo ille text. non vocat clericum simplicem fornicarium, sed tanquam simplici fornicatione notatum. Ad text. verò *in dict.*

10 *cap. Presbyter*, responderetur † nihil aliud significare, nisi quod fornicatio clerici cum soluta non est dicenda adulterium, prout nonnulli affirmabant; de quibus Menoch. *d. casu 418.* † quia videbatur dari quoddam conjugium spirituale inter clericum & Ecclesiam, imò dicebant dari stuprum cum incestu, ut per Menoch. *dict. loco*, Gutier. *dict. cap. 7. num. 37. cum seqq.*

11 Verùm licet communis opinio, de qua *suprà*, teneat coitum clerici dici sacrilegium, tamen respectu personæ mulieris, cum qua fornicationem committit, ut simplex reputatur, Benedict. Ægid. *d. art. 11. n. 10. vers. utcumque*, & in hanc opinionem potius inclinarem, cui adstipulantur Menoch. *in addit. ad tract. de arbitr. casu 209. num. 6. vers. tertia opinio*, Surd. *de alim. tit. 5. q. 7. num. 44.* & Stephan. Gratian. *dict. cap. 35. num. 24.*

12 Hinc à Doctoribus communiter resolvitur, & ut æquius recipitur, filium clerici in Sacris constituti suæ posse matri succedere, ex eo quia respectu illius talis coitus non est damnatus, neque punibilis; & ita hanc opinionem tenent Perez *tit. 2. lib. 6. Ordin. pag. 69.* & latius *tit. 8. vers. utrum autem, lib. 8. pag. 297.* Avend. *d. l. 9. Tauri, gloss. 5. cum seqq.* ac proinde cum hujusmodi fornicatio ex parte ipsius mulieris non sit coitus damnatus, & punibilis, potest filius matri succedere, juxta tradita per Negreiros *in introduct. ultim. volunt. lib. 2. cap. 11. num. 5.*

13 Contrariam tamen opinionem, imò filium clerici in Sacris constituti non succedere matri, tenent Anton. Gomez *l. 9. Tauri, num. 15. in fine*, & ibi Fernandez *n. 34. Matiens. lib. 9. gloss. 4. & n. 6. 7. & 8. tit. 8. lib. 5. nova recopil. Mench. de success. creat. §. 10. n. 47. Pe-regr. de jure fisci, lib. 3. tit. 8. n. 37. in medio*, Gam. *de cis. 136. ubi Flores, Molin. de justit. tract. 2. disp. 167. vers. licet aliàs, n. 8. Spin. in speculo testam. gloss. 16. princip. num. 18. 19. 89. & 90. Gutier. practicar. lib. 2. q. 102. per totam, Bernard. Grevæ. ad pract. Camera Imp. lib. 2. concl. 115. consil. 1. n. 2. Azor. moral. instit. p. 2. lib. 2. cap. 6. q. 5. Less. de justit. lib. 2. cap. 19. dub. 6. num. 56.* Et ex eo confirmatur, quia non potest negari hujusmodi coitum, etiam ex parte matris punibilem esse, & damnatum, cum in jure multæ sint contentæ pœnæ contra clericorum concubinas: dicitur enim †

Barbos. de Episc. Pars II.

coitus damnatus ille, cui aliqua pœna temporalis per legem, aut constitutionem juris imponitur, ut per Bern. *de publicis concubinar. prope finem, in verb. qui etiam filios, num. 73.* Boll. *de coitu damnat. n. 38.* Clar. *in §. fornicatio, num. 5.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quest. 21. n. 16.* Stephan. Gratian. *d. cap. 35. num. 29.* Molin. *de just. tract. 2. disp. 167. vers. licet in conclusione.* Et † ut filius non succedat matri, sufficit esse susceptum ex coitu damnato, vel punibilis, itaut non requiratur uterque simul, ex Valasc. *consult. 29. num. 13.*

14 Quare has contrarias opiniones distinctionis scedere componendas duxi cum doctiss. D. meo Petro Barbosa *in privatis schol. ad l. ex facto, §. si quis rogatus, il. 1. vers. ad Ord. ff. ad Trebel.* quod scilicet prima opinio procedat in clerico, qui suscepit filium ex muliere soluta, quam pro concubina non habebat; nam in his terminis verum est mulierem non puniri, nec respectu illius potest dici talis coitus damnabilis, aut punibilis. Secunda verò opinio habet locum in clerico, qui suscepit filium ex concubina sua, cum in nostris Hispaniæ Regnis concubina clerici acriter puniatur; quæ quidem resolutio semper intelligenda est de clericis in Sacris constitutis; nam filios clerici in minoribus, etiam beneficium Ecclesiasticum habentis, succedere matri, absque dubio resolvunt Azor. *d. cap. 6. quest. 5. vers. accedit*, Stephan. Gratian. *d. cap. 36. num. 48.*

15 Castitatem & continentiam Ordini per se accepto annexam clericus observare debet; cum enim templum & vas Domini, ac sacrarium Spiritus sancti esse debeat, indignum est dici eum cubilibus, & immunditiis deservire. D. Paul. *ad Roman. 13. cap. decernimus; & per tot. 28. distinct. cap. proposuisti, cum seq. 82. distinct. cap. 1. & per totam, 15. q. 8. cap. à multis, de atate, & qualit. cap. ut clericorum, de vita, & honest. cleric.* plura refert Bened. Ægid. *de privil. honest. art. 11.* Demosth. *in oratione contra Timocraten*, lic ait: *Ego enim arbitrò, qui sacras ades ingrediatur, qui cure divinarum rerum præsit, cum non modò ad certum aliquod dierum tempus castum esse debere, sed per omne spatium atatis ab istiusmodi studiis fuisse puerum oportere, & Cicer. 2. de legibus: Ad Divos, inquit, adeunto castè: qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.* Ethnici enim immolare victimas eos prohibebant, qui minimè puri, & integri ad immolandum accederent, unde Tibul. *lib. 2.*

*Vos quoque abesse procul jubeo, discedite ab aris,
Quæ dedit hesternæ gaudia nocte Venus.
Casta placent Superis, &c.*

Mundamini, qui fertis vasa Domini. *Isai. 52.* necesse est, ut munda studeat esse manus, quæ alios mundare debet, *cap. necesse 1. q. 1. D. Aug. serm. 36. ad Presbyt. D. Chrylost. lib. 6. de Sacerd. & qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atque alieni effici debent à ministerio, quod vivendo illicite polluunt, cap. Maximianus, 81. dist. circa quam clericorum castitatem multa scribunt Thom. Doct. *conf. 147. n. 4. Carol. de Grassis d. prelude. à num. 25.**

16 Continentia in clericis, quia non est de Jure divino, sed duntaxat de jure positivo, ut præter citatos *suprà n. 3.* resolvunt Abb. *in cap. ut clericorum, n. 5. de vita & honest. cler. & in cap. cum olim, n. 5. de cler. conjug. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 15. v. 61.* Homobon. *de Bonis de humana vite statib. p. 1. c. 19. prope finem, vers. quoad secundum,* † non est de substantia, & essentia Ordinis Sacerdotatus, sed tantum accidens ex statuto Ecclesiæ, D. Thom. *2. 2. q. 88. art. 11. Rota divers. part. 1. de decis. 560. num. 10. & decis. 361. n. 11.* Bellet. *dict. tit. de disciplina clericali, §. 3. num. 9.* † ideoque Papa dispensare potest, ut promoti ad Sacros Ordines matrimonium

trimonium contrahant. Ita Sot. lib. 7. de just. quest. 4. art. 2. vers. hoc patet, & in 4. sent. dist. 38. quest. 1. art. 1. vers. dubium, Abb. in cap. cum olim, n. 5. de clericis conjug. Henriq. in sum. lib. 10. cap. 14. §. 5. & §. 8. Bellet. d. §. 8. num. 11.

- 23 Prout etiam Summum Pontificem posse dispensare cum Religioso professo, vel Moniali super voto castitatis, & continentiae, ut Matrimonium contrahant, tradunt D. Thom. in 4. dist. 38. q. 1. art. 4. circa med. ubi Rich. art. 9. q. 1. & Sot. quest. unic. Durand. q. 2. Palat. q. 4. art. 4. concl. 11. & 12. D. Anton. p. 2. tit. 11. cap. 2. §. 2. Borgal. in tract. de irregul. p. 6. rub. de sponsal. & matrim. n. 7. & 11. Navar. com. 2. de regul. n. 57. & de reddit. Eccles. q. 1. monitu 55. n. 9. & consil. 5. de statu Monach. n. 7. & consil. 16. de sponsal. Gama decis. 379. num. 1. Graffis in decis. aureis lib. 2. c. 31. n. 22. & 23. Joan. Ramirez de Confirm. Ordinis D. Jacobi. c. 5. n. 25. Motta eod. tract. lib. 2. c. 1. §. 12. à n. 7. & c. 2. §. 7. à n. 7. Cald. Pereira de nominat. quest. 20. n. 29 & 32. Sayr. in clavi Regia, lib. 6. cap. 11. num. 16. cum seq. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 25. art. 1. & 2. & q. 26. art. 1. & tom. 3. quest. 1. art. 5. & 8. & q. 29. art. 6. Henriquez lib. 10. cap. 14. §. 5. in gloss. lit. A, & lib. 11. cap. ... §. 11. & lib. 12. c. 5. §. 7. P. Ribaden. in lib. pro defensione Soc. JESU, cap. 15. 17. & 18. Less. de justitia, lib. 2. c. 40. dub. 14. Cened. ad Decretal. collect. 124. n. 4. late Trasmiera in tract. de polygamia, lib. 2. q. 17. à n. 29. Barthol. à S. Fausto in thesauro Religiosorum, lib. 3. q. 36. Joan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. Dispensatio, differ. 6. num. 5. Basil. Pont. de impediment. Matrim. c. 1. §. 3. Nicol. Garcia de benefic. part. 7. c. 10. num. 83. Rebel. de obligat. justit. part. 2. lib. 3. q. 4. num. 8. Gutier. de Matrim. cap. 122. n. 1. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 8. num. 6. & in praecepta Decalogi lib. 5. cap. 2. num. 9. Bellet. dict. §. 8. n. 12. Quamvis D. Thom. ante locum supra citatum in 2. 2. quest. 83. art. 10. & q. 88. art. 11. contrarium resolvat per text. in cap. cum ad Monasterium, de statu Regul. † intelliguntur enim illius verba finalia, ibi: Quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulae monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere; in sensu composito, id est cum Monacho manente Monacho: nam in sensu diviso, id est faciendo de Monacho non Monachum, & extrahendo eum à Religione, bene potest Papa dispensare. Valent. tom. 3. disp. 10. q. 4. puncto 2. Vasquez disp. 165. num. 104. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 7. Less. de justit. lib. 2. cap. 41. à n. 4. Motta lib. 2. cap. 2. §. 7. n. 10. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 18. n. 397. vers. neque verò, Basil. Pont. d. §. 3. vers. sed quamvis, Nicol. Garc. d. cap. 10. n. 92. & 93. Sanchez d. lib. 5. cap. 1. n. 16. Barth. à S. Fausto d. q. 36. num. 12. & lib. 7. q. 48. Et ideo dispensatum fuisse cum Ramiro Rege Aragonum, ut relicta Religione, & Episcopatu, Regnum susciperet, & uxorem, attestantur Palud. in 4. distinct. quest. 4. art. 4. Lut. Marinæ. Sicul. lib. 8. de mirabil. Hispania, cap. ult. Joan. Vasæ. in chronica, cap. 18. Barthol. à S. Fausto d. q. 36. n. 6. Ac etiam cum Constantia professa in Monasterio Panormitano filia Rogerij Regis, ut Religione deserta nuberet Henrico VI. Federici Imper. filio, dispensasse Coelestinum III. referunt Cened. ad Decretal. collect. 124. n. 5. Pineda in vita D. Joan. Baptist. lib. 1. art. 1. cap. 6. pag. 84. Didac. de la Motta in tract. de Confirm. Ordinis Militia S. Jacobi de Spaza, lib. 2. c. 2. §. 7. ad 7. n. 13. pag. 243. ibi: Et quod Coelestinus Papa III. dispensaverit cum Constantia filia Rogerij Regis Henrici VI. qua erat Sanctimonialis in Panormo, & natus est ex tali conjugio Fredericus XI. certum est: & inter alios Doctores tradunt Card. Caic. 2. 2. q. 88. art. 11. Fr. Mich. de Medina de sacrorum hominum continent. lib. 5. c. 28. 32. & 33. Illescas

in hist. Pontif. lib. 5. cap. 31. & Francisc. Molin. de ritibus nupt. lib. 1. comp. 19. n. 124. Barthol. à S. Fausto d. q. 36. n. 6. in fine, Trasmiera ubi supra, n. 33. Et dispensatum etiam fuisse per Alexandrum III. cum Nicolao Justiniano Sacerdote Monacho in Monasterio S. Nicolai Ordinis S. Benedicti ad instantiam Vitalis Venetorum Ducis, tradunt Barth. à S. Fausto d. q. 36. n. 5. Fagundes in quinque Ecclesia praecepta, lib. 3. c. 5. n. 7. Pineda in Monarch. Eccles. p. 3. lib. 6. cap. 7. §. 1. pag. 34. Trasmiera d. q. 17. n. 34. & Alexandrum VI. dispensasse cum Cæsare Diacono Cardinali, ut uxorem duceret filiam Ducis Valentiniani, refert Cened. d. n. 5. & novè dispensasse Gregorium XIII. cum fratre Illustrissimi Card. Joyosæ Galli, Sacerdote professo, & Provinciali Ordinis Capucinatorum, asserunt Barthol. à S. Fausto d. q. 36. à n. 8. Trasmiera d. q. 17. n. 35.

ALLEGATIO XVI.

Episcopus in qua ætate constitutus Ordines majores conferre possit; & de poena Ordinantis, & Ordinati ante legitimam ætatem?

SUMMARIUM.

- 1 Subdiaconus ante 22. annum, Diaconus ante 23. inchoatos, Presbyter ante 25. per diem inchoatum promoveri non debent.
- 2 Anni bissexti dies computandus non est pro legitima Ordinis ætate.
- 3 Anni an sint computandi juxta ritum, & usum Ecclesie?
- 4 Ætates pro suscipiendis sacris Ordinibus positivo jure sunt constituta.
- 5 Ordinis Sacramentum si pueris, furiosis, & his, qui usu rationis carent, administratur, characterem imprimit in eorum anima.
- 6 Cap. unicum, de Clericis per saltum promotis, declaratur.
- 7 Infanti Tonsuram conferens, quam poenam incurrat?
- 8 Suspendio quam contrahit promovens carentem ætate, non incurritur ipso jure.
- 9 Episcopus suspensione durante si celebret, vel Ordines conferat, an fiat irregularis, ostenditur.
- 10 Promotus ante legitimam ætatem est ipso jure suspensus, intellige de promotis ad majores Ordines, ut num. 14.
- 11 Promotus ante legitimam ætatem, & in susceptis Ordinibus ministrans, fit irregularis.
- 12 Suspendio impeditur ea exercere, qua ab Ordine, jurisdictione, vel administratione Ecclesiastica pendent.
- 13 Promotus ante legitimam ætatem ascendendo ad altiores Ordines incurrit irregularitatem. Intellige ut num. 14.
- 15 Papa solus dispensat in suspensione, quam incurrit promotus ante legitimam ætatem.
- 16 Irregularitatem contrahit, qui in expleto anno 24. suscepit Ordinem Presbyterij, aut in tempore interdicto, vel sine titulo, vel ab alieno Episcopo, aut sine dimissoriis.
- 17 Ordinatus ante legitimam ætatem inculpabiliter suspensionem non incurrit.
- 18 Verba temerè presumpserit, dolum, ac temeritatem significant.
- 19 Non comprehendunt illum, qui bona fide, ignoranter, aut imprudenter aliquid facit.

- 20 *Ordinatus ante legitimam aetatem bona fide testimonio suorum parentum, non remanet suspensus.*
- 21 *Celebrans ante legitimam aetatem bona fide credens id sibi licere, irregularitatem non incurrit.*
- 22 *Peccat tamen mortaliter celebrando sciens se non habere legitimam aetatem.*
- 23 *Ordinatus ante legitimam aetatem bona fide, illa interveniente, recte poterit Ordines exequi sine dispensatione.*
- 24 *Regulares, sicut & clerici ante legitimam aetatem Ordines suscipientes, sunt suspensi ipso jure.*

SUMMUS Pontifex Clemens V. constituerat olim in *Clement. fin. de aetate, & qualitat.* ut alio non obstante impedimento Canonico, posset quis liberè in decimo-octavo anno ad Subdiaconatus Ordinem promoveri, in vigesimo ad Diaconatum, & vigesimo-quinto ad Presbyteratum. Jure verò novissimo Concil. Trident. *sess. 23. de reform. c. 12.* præcipitur, ut nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante 22. annum, ad Diaconatus ante 23. & ad Presbyteratum ante 25. ætatis suæ promoveatur, ac insuper statuit eadem in singulis Ordinibus tempora in Regularibus quoque personis esse attendenda, privilegiis quoad hoc penitus exclusis, cum olim meritis exigentibus posset in minori ætate promoveri, in *cap. Monachus, 71. distinct.* Prædictum verò annorum numerum in singulis Ordinibus sufficit attigisse, nisi contrarium exprimat in Canone, sicut olim expressum erat in *d. cap. 1. 78. distinct.* & in *cap. cum in cunctis, de elect.* & idem de ætate Acolytatus intelligendum videtur *d. c. singulis cum gloss.* Ratio hujus resolutionis est, quia propria significatio dictionis, ante, de qua in *Trid.* est excludere illud, cui præponitur, ut in his terminis diximus *de diction. usufreq. dict. 33. n. 5.* nam quando perfectum, & consummatum annum requirit idem Concilium, hoc ipsum exprimit addendo particulam, *expletum*, prout *sess. 25. de Regular. c. 15.* ibi, *ante decimum sextum annum expletum*, &c. tum quia si annus adimpletus requireretur, non posset quis promoveri ad Subdiaconatus Ordinem, nisi in 23. anno, & ad Diaconatum in 24. & ad Presbyteratum in 26. quod manifestè adversatur Concilio Trident. & hoc non esset antè, sed post. Quare ita docent Navar. in *cap. 25. num. 69. cum seqq. & num. 103.* Zerol. in *praxi Episcop. verb. Ordo, §. 1.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 30. n. 8.* Franc. Leo in *thesauro fori Ecclesiast. p. 1. cap. 4. n. 31.* Henriq. in *sum. lib. 10. cap. 19. §. 2. & lib. 13. c. 38. §. 2.* Petr. de Ledesma in *sum. p. 1. tract. de Sacram. Ordin. c. 7. in princ.* Piassec. in *praxi nova Episcopali, p. 5. c. 1. rub. de requisitis aetatis, n. 23. pag. 34.* Moneta *de distribut. quotid. p. 2. q. 19. n. 11.* Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 3. q. 23. art. 26.* Armeud. in *addit. ad recopil. legum Navar. lib. 1. tit. 2. l. 1. de aetate, in declarat. n. 4.* Bonac. *de Sacram. disp. 8. quest. unic. punct. 5. n. 12.* Nicol. de Garcia *de benefic. p. 7. c. 4. n. 2.* Avila *de censur. part. 3. disp. 5. dub. 7. not. 11.* Valer. Reginald. in *praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 166.* Coninch. *de Sacram. tom. 2. disp. 20. n. 102.* Bonac. *de censur. extra Bull. disp. 3. q. 1. punct. 1. n. 4.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 12. n. 3. & 4.* Molfes. in *sum. Theologia moralis, p. 1. tract. 2. cap. 12. n. 3.* Miranda in *manuali Pralat. tom. 1. q. 39. art. 2.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. in pralud. n. 289. 291. & 295.* Zipæ. in *analytica postremi Juris Eccles. enarrat. sub tit. de elect. n. 11.* Ugolin. *de officio Episcopi, c. 26. §. 6. n. 4. & 5.* Homobon. *de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 1. n. 10. q. 60. vers. ad majores, la è Gutier. canon. lib. 1. cap. 26. num. 8. cum seqq.* Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico, c. 17. n. 2.* Philiare. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 1. cap. 13. in fine,* latè Philbert. Marchin. post Barbof. *de Episc. Pars II.*

hæc scripta & impressa in lucem editus, in *tract. de Sacram. Ordin. tract. 1. p. 5. c. 2. per tot.* Marce. Vi. *ip. in praxi judic. c. 7. n. 3. & c. 8. n. 4.* novissimè Sanch. in *opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 33.* D. Acuña in *comment. ad cap. Subdiaconatus, n. 1. dist. 77.* Advertis tamen quod sufficit ad singulos Ordines per unum medium diem annum necessarium à Concil. Trid. inchoatum fuisse, Coninch. *de Sacram. disp. 20. dub. 10. n. 102.* Bonac. etiam *de Sacram. disp. 8. quest. unic. puncto 5. n. 12.* Petr. Ledesma. in *sum. tom. 1. de Sacram. ubi de Ordin. c. 7.* Diana *d. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 29.* nam regula est in jure nostro, quod live agatur de materia favorabili, live de materia odiosa, vel pœnali, ubicumque requiritur ætas ad aliquem actum, vel exercitium, sufficit attigisse primum diem ultimi anni, quia annus cœptus habetur pro completo, *Gloss. verb. decimum octavum annum, in Clem. fin. de aetate & qualitat.* *Gloss. in Clem. ad nostram, de Regul. Gutier. canon. lib. 1. c. 26. n. 3.* Ceval. *commun. contra comm. q. 523. post num. 4.* Girona in *tract. de privilegiorum, & exempt. explicat. n. 1142.* ubi *num. seq.* id limitat quando pro essentiali forma requiritur annus impletus.

Regulares virtute suorum antiquorum privilegiorum non posse ordinari ante legitimam ætatem præscribam à Concil. Trident. *dict. cap. 12.* tenent Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 3. quest. 23. art. 6. & 8. & in addit. ad sum. tom. 4. cap. 77. conclus. 1.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 12. n. 14. & 15.* Fr. Ludov. Miranda *d. q. 39. art. 1.* ubi asserit se nescire de aliqua concessione, quæ id concedat Regularibus post Trident. & Sixtum, refert Portel. in *dubiis regularib. verb. Ordines sacri, n. 1.* me citato in *hoc loco*; Marchin. *d. tract. 1. p. 1. cap. 3. num. 6.*

Pro legitima Ordinis ætate non est computandus dies Bissextilis, nec de illo curandum, cum annus à jure determinatus intelligatur ex 365. diebus continuis: ita Henriq. in *sum. lib. 10. cap. 19. §. 2.* Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiastici, post resol. 276. in notabilib. de materia Sacram. Ordin. vers. quoad interstitia, in 2. edit.* Martin. Fornar. *de ordine, cap. 3. n. 6.* Quamvis contrarium, imò diem bissextilem in ætate ordinandorum semper includendum, existimaverint Bonac. *d. puncto 5. n. 14.* & Molfes. *d. tract. 2. cap. 12. n. 8.* Marchin. *d. p. 5. cap. 4. n. 13.* & qualiter sit computandus annus ad Ordines recipiendos, an more astrologico per tot menses, & dies, an verò more Ecclesiastico, juxta quod accidit in Calendario? Vide *infra alleg. 18. num. 2.*

Sed dubitans an habeat legitimam ætatem ad Ordines & beneficia, vel alium actum requisitum, non potest cum hujusmodi dubio Ordines suscipere, donec constet de ætate; quia possessio est pro præcepto, & ideo illud servare oportet; secus in eo casu, quo quis facta debita diligentia dubius adhuc est; an expleverit viginti & unum annos ad jejunandum; quia tunc non est possessio pro præcepto jejunii, sed pro libertate illius dubitantis. Ita Thom. Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 41. n. 38.* Joan. Sanch. in *select. disp. 43. n. 6. & 7.* Castro Palao *tom. 1. disp. 3. punct. 8. n. 7.* & plures quos refert, & sequitur Anton. Diana *Moral. resol. p. 4. tract. 3. resol. 21. per tot.* Quare si in ætate ad ordines unus dies, aut hora desideratur, vitiatur factum, quia hinc non habet locum regula illa, quod parum distat, nihil distare videtur, sicut nec in aliis in quibus jus tempus præfinitum exigit: ita Henriq. in *sum. lib. 7. cap. 20. §. 2. in gloss. lit. O.* Basil. Pont. *de Matrim. lib. 7. cap. 65. n. 1.* novissimè Diana *Moral. resol. p. 5. tract. 5. resol. 17.*

Hujusmodi ætates pro suscipiendis Ordinibus requisitæ non alio quàm positivo, & Canonum Jure constitutæ sunt, nec quidem de jure divino aliquo fuit determinata ætas ad necessitatem Sacramenti Ordinis.

Ordinis, ut bene firmat Sot. in 4. sent. dist. 25. q. 1. art. 2. conc. 3. Unde si huiusmodi Sacramentum pueris, furiosis, vel amentibus, qui usu rationis carent, administraretur, characterem in eorum animam imprimi certò credendum est, ex S. Bonav. in 4. sent. dist. 25. q. 2. art. 2. ubi Sot. q. 1. art. 2. conclus. 3. Joan. Andr. in c. 1. n. 5. de clerico per saltum promotò, Catechesis Rom. sub tit. de Sacra. Ordinis, §. sequitur, Gregor. de Valentia tom. 4. disp. 9. q. 4. punct. 1. Navar. conf. 2. num. 4. de his qua vi metusve causa fiunt, & conf. 7. n. 3. de temporib. ordin. Coninch. d. disp. 20. dub. 10. num. 94 & 97. Valq. 3. p. tom. 3. disp. 246. cap. 1. Bonac. d. disp. 8. quest. unic. punct. 5. num. 1. Gutier. canon. lib. 1. cap. 26. n. 18. novissimè me citato in hoc loco, Torreblanca in pract. juris spirit. lib. 2. cap. 13. n. 13. Ex ea ratione, quia in cap. unico, de clericis per saltum promotis, habetur illos non esse reordinandos, qui intra, id est ante discretionis annos, acceperunt minores Ordines; tum quia usus rationis videtur solummodò requiri in suscipientibus Sacramenta, quæ consistunt in aliquo actu ipsius suscipientis, sicut est matrimonium, quod consistit in mutuo contrahentium consensu, & Pœnitentia ad quam necessarius est dolor, & confessio, qui sunt actus pœnitentis: in suscipientibus verò Sacramenta, per quæ datur aliqua potestas, quæ est prior actu, non videtur necessarius usus rationis, sed sufficit capacitas potentia, seu potestatis, quæ conferatur: & ita colligitur ex resolutis per Doctores suprà allegatos.

Unde fit, Episcopum non posse dispensare super ætate ordinandorum, sed requiri Papæ dispensationem, c. dilectus, de temp. Ordin. Emman. Sà verb. Ordo, num. 19. Alzed. de praecl. Episcop. dignit. p. 2. cap. 6. num. 64.

7 Restat jam ut videamus, quæ pœna jure sit constituta adversus Episcopos ordinantes aliquem non habentem ætatem requisitam, & contra sic promotos? Et agendo priùs de ordinante, adduco decisionem text. in cap. vel non est compos. de temporibus ordinat. & ibi Abb. n. 4. ubi probatur infantem in Diaconum ordinantem, à collatione cæterorum Ordinū suspensione dignum esse, in conferente verò infanti clericalem Tonsuram Bonifac. VIII. sancivit ne per annum Tonsuram alteri dare posset, in cap. final. de tempor. ordinat. lib. 6. Sed difficultas est, quare conferens infanti clericalem Tonsuram, ab illius collatione tantum suspendatur, & conferens eidem Diaconatûs Ordinem, non tantum à collatione illius, sed etiam cæterorum suspensione dignus sit? De quo vide Campan. in divers. juris Canon. rub. 7. c. 4. n. 2. ubi rationem reddere multis nititur.

8 Suspendio hæc, quam de jure contrahit promovens ætate carentem, non incurritur ipso jure, prout resolvunt Tabien. verb. Ordo 3. Majol. de irregul. lib. 1. c. 30. n. 9. Unde non incurrebat irregularitatem si in Ordinibus, à quorum collatione erat suspensus, ministraret, ex Rebuff. in praxi benef. tit. de clericis malè promotis, gloss. 2. n. 7. remissivè Quaranta in sum. Bullarij, verb. Ordo, in princ. vers. an.

9 Si tamen prædicta suspensione durante auderet alium Ordinibus initiare, fieret quidem irregularis; suspensus enim à collatione Ordinum, illos conferendo irregularitatem contrahit, ex Sylvest. verb. Suspendio, n. 5. vers. Si verò ab Ordine, cum Concil. Trid. nullam in hoc casu apponat pœnam, nec Constitutio Pii I I. & cum altera Sixti V. quæ in illo loquebatur, redacta sit ad terminos juris communis, per Clem. VIII. in sua Constit. incip. Romanum Pontif. sub dat. pridie Kal. Martij 1565. ut refert Sayr. in floribus decis. sub tit. de tempor. ordinat. decis. 27. viget tantum suspensio dict. cap. vel non est compos.

10 Pœna verò promoti ante legitimam ætatem erat

suspendio de jure communi ab illorum executione usque ad ætatem legitimam, d. cap. vel non est compos. talis tamen suspensio non erat ipso facto, sed ferenda, ut per Gloss. ibi, & Navar. conf. 23. n. 5. de tempor. ordinat. in antiq. edit. Marchin. d. tract. 1. p. 5. cap. 3. n. 1. & 2. Avila p. 3. disp. 5. dub. 7. vers. de secunda, D. Acuña in dict. cap. Subdiaconus, num. 4. dist. 77. per Constit. verò Pij II. incip. Cum ex factorum, relatam alleg. seq. n. 10. fit ipso jure perpetuò suspensus, donec absolutionis beneficium impetretur, ut per Covar. in Clem. si furiosus, part. 1. §. 1. n. 4. Rebuff. in praxi benef. p. 2. tit. de cleric. ad Sacram. Ordinis promotis, gloss. 4. n. 3. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. c. 61. n. 5. & 6. Grass. in aur. decis. part. 1. lib. 4. cap. 27. num. 23. Majol. de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 19. Navar. in man. cap. 25. num. 50. & c. 27. n. 255. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 38. §. 1. Sayr. de censur. lib. 4. c. 14. n. 11. Avila eod. tract. p. 3. disp. 5. dub. 7. per tot. D. Acuña ubi proximè, n. 6. novissimè Marcel. Vulpe in praxi judic. c. 8. p. 2. & 3. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 14. num. 2. Quarant. d. verb. Ordo, vers. colligitur ex dictis, Bonac. de Sacram. disput. 8. quest. unica, punct. 3. num. 13. bene Rot. in Illerden. portionis de Bonavarr. 8. Novemb. 1613. coram Illustriss. Patriarcha Manzanedo, impressa per Farin. decis. 481. num. 5. p. 2. recent. Ex quibus autem probetur quis promotus ante legitimam ætatem? Vide Rot. in Melitensi Abbatia, 27. Novembr. 1592. coram D. Gipsio, impressa per Marchesan. de commiss. part. 1. pag. 140. secundum novam impress.

Si hac durante suspensione promotus ante legitimam ætatem in susceptis Ordinibus ministrare presumpserit, fieret irregularis, ex dicta Pij I I. Constitutione, ut per Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resal. 105. n. 1. Gutier. dict. lib. 1. cap. 26. n. 22. quidquid teneat Diana moralium resol. tom. 2. tract. 4. de Sacram. resol. 182. in fine, nam si suspensus impeditur ea exercere, quæ ab Ordine, jurisdictione, vel administratione Ecclesiastica pendent, ac proficiscuntur, ex traditis per Ugol. de censur. tab. 4. cap. 6. in princ. & §. 1. Mar. Alter. eod. tract. tom. 2. disp. 4. cap. 1. vers. & statuendum est, Suar. tom. 5. disp. 26. sect. 1. n. 3. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. 1. de clericali discipl. §. 5. n. 53. Monetam de distribut. quotid. p. 2. q. 15. n. 7. cumque præterea tanquam impeditum exercere Ordines, si interdum se ingesserit Divinis, irregularem fieri sancivit Pontifex in cap. 1. de sent. & re judic. lib. 6. Unde excommunicatus solummodo pœnam irregularitatis incurrit exercendo illos actus, qui sunt specialiter deputati alicujus Ordinis ministerio, Miranda dict. quest. 39. art. 9. Quinimò si ascendendo ad altiores Ordines, eandem incurret irregularitatem, cum dicatur ministrare in promotis, Majol. de irregul. lib. 1. cap. 2. num. 11. & lib. 4. cap. 33. num. 2.

Intellige de promotò ad sacros Ordines ante ætatem, ut patet ex d. Bulla Pij I I. ibi, Se faciunt ad sacros Ordines promoveri; cujus pœna non comprehendit illos, qui ante legitimam ætatem minores Ordines etiam mala fide recipere, ut per Navar. conf. 21. num. 4. de tempor. ordinat. in novis, Suar. tom. 5. disput. 31. num. 23. Bonac. de censur. disput. 3. quest. 6. puncto 5. num. 5. vers. quindò, Salzed. ad Bernard. cap. 26. vers. tertio erit, Sayr. de censur. lib. 6. cap. 12. num. 9. Marchin. d. cap. 3. num. 9. Bellet. dict. §. 5. num. 6. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. part. 4. decis. 93. num. 5. Diana moral. resol. part. 5. tract. 3. resol. 30.

Ordinatus igitur ante legitimam ætatem, cum remaneat ipso jure suspensus, si temerè Ordines receperit, necessarium est, ut priusquam Ordinem exerceat, à suspensione absolvatur, neque ante, etiam si attingat ætatem per sacros Canones, & S. Concil. Trident. requisitam, absque absolutione prædicta alium

alium post Ordinem suscipere, aut in suscepto ministrare. Miranda d.g. 39. art. 10. Cornejo tom. 2. in 3. p. disp. 4. de suspens. dub. 1. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 14. n. 2. in fine. Nec sufficit dispensatio desumpta ex tolerantia Episcopi per longum tempus, quia cum non probetur illius scientia de huiusmodi mala promotione, tolerantia nihil operatur, Roman. cons. 216. num. 6. & 7. vers. mihi autem. Paris. consil. 236. num. 14. lib. 4. Gabr. cons. 189. n. 1. & 4. lib. 1. Beroi. cons. 183. num. 25. lib. 3. Ultra quod ex dispositione dictæ Bullæ Pij II. suspensio incurritur ipso iure, & celebrans efficitur irregularis, & à solo Papa absolvendus, Covar. d. num. 4. Navar. in man. cap. 25. num. 70. & in cap. accepta, opposit. 8. n. 34. de restit. spoliat. Rot. d. decis. 481. n. 5. ac proinde incapax ad obtinendum beneficium, Caputaq. decis. 38. n. 4. p. 2. Paris. cons. 125. n. 40. & 41. lib. 4. Ro. d. decis. 481. n. 3. p. 2. recent. & latius alleg. seq. n. 14. Poterit nihilominus per Episcopum dispensari, si huiusmodi delictam promotionis sit occultum, licet celebratio sit publica, ut resolvit alleg. 39. post num. 44. vers. decimo. Adverte non fieri irregularem ante legitimam ætatem ad Sacerdotium promotum, si exerceat actus solum in Sacerdotio constitutis convenientes, & Sacerdotali Ordini deputatos, modò non celebret, ut de Regulari dicunt Navar. cons. 9. de clerico excomm. ministr. in antiq. alias cons. de atate, & qualit. in novis, Fr. Emman. in sum. p. 1. cap. 166. conclus. 1. & quest. Regul. tom. 3. q. 23. art. 12. Bellet. disquisit. cler. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 5. n. 58. Marchin. d. cap. 3. n. 14. An suspensus ab aliquo Ordine, si ascendit ad altiore Ordinem, absque eo quod illos exerceat, efficiatur irregularis? Effici irregularem tenent Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 34. num. 1. & 2. Covar. in cap. alma mater, p. 2. §. 3. num. 3. vers. septimo, sed contrarium melius sustinent Sayr. de censur. lib. 4. cap. 16. n. 22. Marcel. Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiast. cap. 8. num. 32.

16 Quæstio in hac materia difficilis est, an irregularitatem contrahat, qui non expleto 24. anno suscipit Ordinem Presbyterij, aut in tempore interdicto, vel sine titulo, sive ab alieno Episcopo, aut sine dimissoriis, vel extra tempus statutum? In qua quæstione veterior opinio est affirmativa, quam tenent Covar. in cap. Alma mater, p. 2. §. 3. n. 5. vers. 9. Salzed. ad Bernard. cap. 26. versic. 5. qui ibi attestatur se alios, & prudentissimos Viros, maximè è Soc. JESU, alloquutum esse de hac re, & istam omninò firmasse resolutionem, quamque tuentur Hieron. à Sorb. in compendio privil. Mendicantium, verb. Ordines sacri, vers. sed hic advertendo, & vers. idem notandum secundo. Navar. consil. 4. in antiq. alias cons. 8. de clerico excomm. ministr. Bonac. de Sacram. disp. 8. quest. unic. punct. 1. n. 13. tum quia huiusmodi Sacerdos concelebrat hoc casu Episcopo ordinanti, ex resolutis per D. Thom. 3. p. quest. 82. art. 2. & in 4. sentent. dist. 13. quest. 1. art. 2. ubi Palud. q. 4. art. 2. Atque ideo simul cum ipso Antistite eandem Hostiam verè consecrat, ut explicat Caiet. super d. art. 2. quest. 82. Unde bene Ludovic. Mæratius in D. Thom. tom. 3. tract. de Sacram. Euchar. disput. 38. sect. 8. n. 4. quem refert, & sequitur novissimè Diana Moral. resol. part. 5. tract. 14. resol. 112. tenet quod dum plures Sacerdotes simul consecrant, & consecrando simul unum, idemque Missæ Sacrificium offerunt, ad eorum quemlibet perinde pertinet illius applicatio, ac si solus offerret, quia quilibet est illius totius vera causa per se independentem ab alio, unde & potest independentem ab alterius voluntate illud integrè, cui voluerit applicare, quod proinde sic à singulis applicatum diversis personis, proderit omnibus, quibus applicabitur, quia prodesse debet alicui: nulla autem ratio est, cur uni potius profit, quam alteri. Quare contraria opinio non est recipienda, neque eam Barbof. de Episc. Pars II.

fatis confirmant rationes pro ea, cujus partes qui tuerentur in ea se fundant ratione, quia Ecclesia non eam reputat primam Missam, quam tunc unà cum Episcopo ordinante celebravit, quæ potius videtur unica actio ordinationis. Sed hæc ratio non sufficit, imò contrarium apparet ex supradictis, ex quibus venit rejicienda, & per consequens Doctores, qui illa docti negativam scilicet opinionem in hoc eventu tenuerunt, prout sunt Medina in sum. lib. 1. cap. 11. §. 8. Quaranta in summa Bullarij, verb. Ordo, vers. ampliatio illa, Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 68. conclus. 2. Henriq. lib. 14. cap. 3. §. 6. in fine, Suar. tom. 5. disp. 31. sect. 1. n. 71. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 19. n. 23. & lib. 6. cap. 12. n. 11. Avila eodem tract. part. 3. disp. 5. dub. 7. vers. dico 2. Bellet. disquisit. clericalium. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 5. n. 57. pag. 60. Portel. in dubiis regularibus, verb. Ordines sacri, n. 7. Nald. in sum. verb. Sacerdos, Homobon. de examine Eccles. tract. 4. cap. 9. q. 73. Marchin. d. tract. 1. part. 5. cap. 3. n. 16. Marcel. Vulp. in praxi judic. fori Ecclesiast. cap. 8. n. 31. novissimè Laurent. de Franchis in controvers. inter Episcop. & Regular. pag. 82. in resp. ad 22. Cornejo d. disp. 4. de suspens. dub. 2. Lezana d. cap. 14. n. 8. Hurtad. in tract. de suspens. diff. 13. n. 361. Diana part. 5. tract. 6. resol. 37.

Verum si quis probabiliter credens se habere legitimam ætatem, & ignoranter ante illam ordinaretur, in dictam non incidere suspensionem, etiam hodie post relatas Pij, & Sixti Constitutiones, ex eo quia ordinatus ante legitimam ætatem inculpabiliter à suspensione excusatur. Ita Navar. in man. cap. 27. n. 156. & in cap. accepta, opposit. 8. n. 34. de restit. spoliat. & cons. 9. num. 3. de temp. ordinat. & cons. 3. n. 1. de atate, & qualit. Card. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 15. num. 4. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 28. §. 1. in fin. Salzed. ad Bernard. cap. 26. versic. 1. quod dispositio, Grassis in decis. aureis, part. 1. lib. 4. cap. 27. n. 22. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 22. me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 11. c. 10. quest. 22. resol. 1. Miranda in manuali Pralat. tom. 1. quest. 39. art. 6. in fine, Ludov. Beia in respons. casuum conscientia, in casu incip. Petronius Presbyter. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 30. propè finem; tum etiam quia ad incurrendam hanc suspensionem opus est dolo, Navar. d. cap. 27. n. 154. & d. consil. 2. de atate, & qualit. Bernard. in præf. c. 26. lit. C. versic. primo quod ejus, Avila de censuris part. 3. disp. 5. dub. 7. vers. pro intelligentia, Soar. d. disp. 31. sect. 1. num. 26. in fine, D. Acuña in d. c. Subdiaconus, n. 7. dist. 77. Hurtad. in tract. de suspens. diff. 13. n. 36. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. diff. 11. num. 6. novissimè Diana d. §. tract. 10. resol. 32. Præpol. in 3. p. quest. unica, de Sacram. Ordinis, dub. 17. num. 167. tum denique quia verba illa, *temerè sumpserit*, quibus utuntur prædictæ Pij, & Sixti Constitutiones, dolum ac temeritatem significant, juxta gloss. penult. in c. solet, de sentent. excommun. in 6. Card. Zabarel. in Clem. 1. quest. 38. de privil. Hyppolit. in leg. de minore, in princ. n. 39. ff. de questio. Sanch. de Matrim. lib. 9. disp. 32. num. 38. & citati per me dict. 278. ac subinde non comprehendere illum qui bona fide, ignoranter, aut imprudenter, sive inadvertenter aliquid facit, observat Cened. ad Decretales collect. 45. num. 3. Unde ad hanc suspensionem incurrendam requiritur præsumptio, itaut non sufficiat ignorantia vincibilis, modò sit non affectata, Navar. d. c. 37. n. 254. Emman. Sà verb. Suspendio, n. 2. Avila d. disp. 5. dub. 7. & alij citati à Bonacina de censur. disp. 3. quest. 6. puncto 5. num. 5. versic. advertendum, quamvis ipse teneat ad hanc suspensionem incurrendam non requiri præsumptionem, vel ignorantiam affectatam, sed sufficere ignorantiam moraliter culpabilem; & quamvis Lezana dict. cap. 24. num. 4. non sine fundamento existimaverit ad incurrendam

dictam suspensionem non requiri dolum, aut malitiam. Hinc Rota *d. decis. 481. num. 6.* reputavit dolum ignorantiam cujusdam ante legitimam ætatem ordinati, qui procuravit fieri informationem ab Officiali de sua ætate, quem facile sibi erat decipere, cum de ea poterat certiorari de facili à proprio Parocho, penes quem erat liber Baptismi, & cum iret ad suscipiendos Ordines sacros, & admonitus esset ab amicis, non obstantibus his admonitionibus voluit ordinari. Et eadem Rot. *in alia decis. 200. num. 2.* apud Farin. *part. 2. recent.* censuit quod promotus ad Sacros Ordines ante legitimam ætatem, ut irregularis efficiatur, requiritur ipsum dolosè, & in contemptum suscepisse Sacros Ordines, & ministrasse: & *num. 3. & 4.* subdit dolum, & contemptum cessare in eo, qui habuit istam credendi causam, ac proinde irregularitatem non incurrere propter promotionem ante legitimam ætatem, si promotus ille credebat se esse legitimæ ætatis.

20 Sic etiam qui testimonio parentum, vel sui Superioris bona fide ordinatus est ante legitimam ætatem, non remanet suspensus, cum non peccet recipiendo Ordines bona fide. Ita Quaranta *in sum. Bullarj, verb. Ordo, versic. quibus sic specialiter*, Laurent. de Franchis *dict. pag. 82. in resp. ad 23.* & ex Navar. Cov. & Tolet. Bonac. *de Sacram. disp. 8. quest. unica, punct. 5. n. 11. vers. verum*, Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 5. n. 60.* Jacob de Grass. *in aureis decis. lib. 4. cap. 27. n. 22.* Suar. *de censur. disp. 3. sect. 1. n. 26.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 30. prope fin.* Ugolin. *de offic. Episcopi, cap. 26. §. 6. n. 5.* Miranda *in man. Pralat. tom. 1. q. 39. art. 6.* Vincent. Marchin. *d. cap. 3. n. 10.* Filliuc. *tom. 1. tract. 17. c. 5. n. 84.* Ratio est, quia Pontifex solum scandala tollere, & excessus reprimere intendit, aut nimiam ordinandi temeritatem, quæ omnia locum non habent in illo, qui ex probabili ignorantia juris, vel facti ante legitimam ætatem ordinaretur; imò Avil. *de censur. part. 3. disp. 5. dub. 7.* & Diana *d. tract. 4. resol. 192.* docent exculare ab hac suspensione, & irregularitate ignorantiam crassam, dummodo non sit affectata.

21 Nec etiam bona fide celebrans, credens id sibi licere, irregularitatem incurreret, ut resolvunt Covar. *in Clem. si furiosus, p. 1. §. 2. n. 4.* Navar. Salzed. & Grassiis *d. locis*, Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. clericali, §. 5. n. 59.* Ricc. *in praxi aurea resol. 105. n. 2.* Miranda *d. q. 39. art. 10. in fine.* Sed quia Fusc. *tract. de visitat. lib. 1. cap. 28. n. 37.* tuetur hunc esse irregularem, tanquam ipsum dedecet ignorare, quæ communiter omnes sui ordinis sciunt; ideò consulem tutius esse dispensationem petere, si Papa relatis circumstantiis illam duxerit concedendam.

22 Quamvis qui bona fide ante legitimam ætatem ordinatus est, non fiat irregularis celebrando, cum non dicatur violare censuram, peccat tamen mortaliter celebrando, sciens se non habere legitimam ætatem, si credimus Fr. Emman. *in sum. p. 2. c. 10. conclus. 2.* Nugn. *part. 3. quest. 9. art. 20.* Suar. *de censur. disp. 5. sect. 2. n. 4.* Bonac. *d. punct. 5. n. 13. versic. verum.* Unde si qui Sacris ordinatur ante legitimam ætatem, habeat bonam fidem à principio, ob quam à suspensione ipso facto liberatus fuerit, si postea advenerit mala fides, & sciens se non habere legitimam ætatem celebraverit, non contrahit irregularitatem, ex Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 3. q. 23. art. 14.* Laurent. de Franch. *ubi supra, pag. 83. in resp. ad 24.* † Justa tamen interveniente ætate rectè poterit Ordines exequi sine aliqua absolutione, aut dispensatione, non obstantibus dictis Constitutionibus, ut acriter defendit Covar. *in d. Clem. si furiosus, p. 1. §. 1. n. 4.* & tenent Scott. *in Bullis Pontif. zheor. 109.* Cornejo *in 3. p. tract. 5. de suspens. disp. 4. casu 3.* Diana *d. resol. 182. & d. p. 5. tract. 10. resol. 34.*

Quæstio est non contemnenda, an Regulares, sicut & clerici, ante legitimam ætatem sacros Ordines recipientes, ipso jure sint suspensi? In qua quæstione videtur dicendum, illos non esse ipso jure suspensos, cum pœna hæc suspensionis inflata reperitur solum contra clericos *in dict. Bulla Pii II. de qua alleg. seq. n. 11. ubi, nonnulli clerici, &c.* Monachi enim, & clerici sunt diversa, ut constat *ex rub. & tit. ut clerici, vel Monachi*, sicut Constitutio loquens de Regularibus solummodò, non comprehendit clericos sæculares, ut habetur expressè *in Clem. 1. juncta Gloss. verb. Religiosus, de rebus Eccles. non alien. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. clerical. §. 2. n. 5.* ita etiam Religiosi in Constitutione agente de clericis non veniunt, præcipuè in materia non favorabili. Abb. *in cap. 2. n. 7. ne Clerici, vel Monachi, & in cap. 1. n. 9. de juram. calum.* Bellet. *d. §. 2. n. 2.*

Sed his non obstantibus verius est hujusmodi Regulares ante legitimam ætatem promotos, suspensos ipso jure fieri, sicut & clericos; nam licet quantum ad alia, quam maxima sit differentia inter clericos, & Monachos, sive Regulares, maxime quando agitur de materia, quæ vel tantum concernit clericos, vel tantum Monachos: at quando materia est, quæ æqualiter respicit unum, & alterum, qualis est, materia Ordinum recipiendorum, & ut non recipiantur extra tempora, ante legitimam ætatem, vel sine literis dimissoriis, nulla prorsus inter ipsos est differentia: quod si prædictus Pius II. usus fuit nomine clerici, non verò expressè Monachos, sive Regulares nominavit, ex eo fuit, quia clerici nomen in hoc sensu univocum est, & nomine, & definitione convenit, ac comprehendit clericos, tam sæculares, quam Regulares. Quo fundamento hanc sententiam tenuere Fr. Emman. *in sum. part. 2. cap. 165. & quest. Regul. tom. 3. q. 24. art. 8.* latè Lezana *d. cap. 14. n. 2. cum seqq.* Miranda *d. q. 39. art. 6.* & novissimè Aloyf. Ricc. *in decis. Curie Archiep. Neap. decis. 130. p. 4.* Portel. *in dubiis Regularibus, verb. Ordines sacri, n. 13.*

Utrum autem Prælati Regularis possit dispensare cum suo subdito ordinato ante ætatem, absolvendo illum à suspensione, ac etiam cum eo in irregularitate contracta dispensando ex administratione illius Ordinis durante suspensione? In hoc dubio Capuc. n. *ad compendium, verb. Ordines sacri, fol. 282.* tenet hujusmodi Prælatum non posse dispensare, vel absolvere ordinatos ante ætatem, imò nec id posse Episcopos, & citat Gloss. *in Clem. fin. de ætate*, Sylvest. & Navar. refert, & sequitur Sayr. *de censur. lib. 6. c. 12. n. 13. & 14.* ubi expressè dicit Prælatum Regularem non posse dispensare cum suis subditis ordinatis ante ætatem virtute privilegiorum, subditque hæc privilegia esse derogata per Concil. Trid. *d. cap. 12.* pariter resolvens solum Papam, non verò Episcopum posse in hoc dispensare. Quicquid dicant Portel. *ubi supra num. 14.* Hieronym. Roderic. *in compendio qq. Regul. resol. 106. num. 26.* Diana *moral. resol. p. 3. tract. 2. resol. 35.*

ALLEGATIO XVII.

Episcopus quibus temporibus Ordines sacros dare possit, & quas pœnas incurrat extra illa ordinatus?

SUMMARIUM.

1 Ordines sacri in sex anni Sabbathis conferuntur, & qua ratione in quatuor anni temporibus conferantur, nam. 2.

3. Diebus

3 Diebus sabbati Ecclesia potius constituit Sacros Ordines esse conferendos, quia sabbatum significat requiem.

In quodam casu fas est die Dominica sequenti post Sabbatum jejuniorum quatuor temporum, Sacros Ordines conferre, *ibid.*

4 Sacri Ordines extra prædicta tempora, nec consuetudine conferri possunt.

5 Papa potest licentiam, & dispensationem concedere, ut extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antistite ad Sacros Ordines promoveri.

6 Minores Fratres, & omnes qui illorum privilegiis fruuntur, possunt extra statuta tempora Dominicis, vel aliis festiuis diebus Sacros Ordines suscipere.

7 Patres Societatis Jesu eodem privilegio fruuntur, ex indulto Gregor. XIII.

8 Tempus præstitutum ad conferendos Ordines non est de substantia collationis illorum.

9 Promotus extra tempora, an sit suspensus ipso jure, resolvitur, & de promovente.

10 Suspensus ob promotionem extra tempora statuta, si celebret, irregularis fit.

11 Bulla Pij II. refertur.

12 Suspenso ob casus in d. Bulla comprehensos, non possunt beneficia conferri.

13 Bulla Pij II. semper fuit observata à Clem. VIII. & à S. D. Paulo V. confirmata.

14 Suspensus per dictam Constitutionem, an ab alio quam à Papa absolvi possit? resolvitur negativè, nisi suspensio, vel irregularitas fuerit occulta, num. 17.

15 Conditor Canonis, quoties non reservat absolutionem censuræ, potestatem Episcopis videtur concessisse.

16 Lex absque temporis præfinitione pœnam imponens, censetur illam perpetuò infligere.



SACROS Ordines non nisi in sex sabbatis anni conferri licere, statuere Canones in cap. quod die, & in cap. fin. 74. distinct. nempe in sabbatis quatuor temporum, quæ sunt post tertiam Dominicam Adventus, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Dominicam Pentecostes, & post festum Exaltationis sanctæ Crucis, & in Sabbato præcedente Dominicam de Passione, & in Sabbato sancto, quorum Canonum statuta Concil. Trident. servari jubet sess. 23. de reformat. c. 8. & comprobatur Henricus in sum. lib. 10. c. 12. in princip. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici, p. 1. c. 4. n. 20. † Ugolin. de potestate Episcopi c. 26. §. 25. n. 1. vers. 3. Bonac. de Sacram. disp. 8. q. unic. punct. 6. n. 1. vers. 1. Sanchez opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 51. n. 1. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neap. decis. 93. part. 4. Summa ratione prædicti Sacri Ordines his temporibus conferuntur; ut scilicet Christi fideles Sacrarum rerum ministri, qui ad tanti ministerij potestatem assumuntur, piis, & sanctis precationibus intenti, rectè & cum Ecclesiæ utilitate ad eam gerendam aptiores sint, prout dicit Catechism. Roman. sub titul. de Sac. Ordinis, §. sequitur nunc, & hæc sane utilior apparet ratio, & verior his, quas tradunt Præp. in cap. quoniam, §. caterorum, 75. dist. & Rebuff. in praxi beneficii, tit. de clericis malè promotis, glos. 1. n. 8. & 9.

3 Diebus Sabbati Ecclesia potius constituit Sacros Ordines esse conferendos, quia sabbatum significat requiem, legitur enim Genes. 2. quod requievit Deus die septimo ab omni opere, quod pararat, & tangit gloss. verb. pertinere, in cap. litteras, de tempor. ordinat. Requies enim consideratur dupliciter, uno modo pro cessatione ab operibus, alio modo pro implemento desiderij, ex D. Thom. part. 1. sum. q. 37. art. 2. in me-

dio. Sacris initiatus primo modo quæris potitur, cum de labore sæcularium negotiorum transit ad Ecclesiasticam requiem, cum illi non amplius negotiari permittatur, can. fornicari, 88. distinct. qua non potuntur constituti in minoribus, cum non possint retrogredi ad sæculum, cap. Ioannes, de clericis conjug. cap. si quis, 32. distinct. Et idè quocumque etiam die festo possunt prædicti minores Ordines conferri, ut dicitur alleg. 11. num. 21. Alterum verò requiri modum, nec Sacris initiati assequuntur; quousque ipsi, alique triumphantem ingrediantur Ecclesiam, ex D. Thom. ubi proximè; cujus desiderij complementum apostolus consequi animo concupiscenti concupiscent, in eâ prorupit verba, Cupio dissolvi, & esse cum Christo. In quodam casu fas est die Dominica sequenti post sabbatum jejuniorum quatuor temporum Sacros Ordines conferre; nempe servato, & continuato jejunio sabbati cum Dominica sequenti ab ordinatore, & ordinato; non enim fictione Canonica manè Dominicæ sequentis trahitur ad Vesperam sabbati præcedentis, & sic dicuntur conferri in sabbato; non expedit tamen hoc facere, quia est magnum jejunium, nisi adsit necessitas, ut quia fuit tanta ordinandorum copia, ut non potuerint Ordines die sabbato perfici, cap. quod à Patribus, dist. 75. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. vers. ista autem, Sanch. in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 51. n. 4. ubi n. 5. subdit hoc je unium non frangere Episcopum facientem sacrum die sabbati, & in eo sumentem abluionem. Villalob in summa, tom. 1. tract. 11. dub. 13. Diana moral. resol. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 30.

His igitur temporibus sacri Ordines conferendi sunt, ita ut nec consuetudine contrarium induci possit, ut probat text. in cap. 2. de temporib. ordin. Rebuff. in praxi benef. p. 1. tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis, glos. 1. n. 14. & 15. Quaranta in summa Bullarij, verb. Ordo, vers. devenio ad secundum, Ugolin. d. §. 25. n. 1. in fin. Henric. lib. 10. c. 11. §. 2. Aloyf. Ricc. d. Neap. decis. 95. n. 2. p. 4.

Excipitur tamen ubi speciatim summus Pontifex licentiam concederet, quia tunc extra quatuor tempora conferri poterunt, prout resolvunt Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 14. n. 9. Rebuff. dist. glos. 1. n. 12. Quaranta, & Ugolin. dictis locis. Homobon. de Bonis de Examine Ecclesiastico, part. 1. tract. 2. cap. 1. q. 12. Molfel. in sum. moralis Theolog. tract. 2. cap. 1. n. 53. & 55. Papa enim quolibet tempore Ordines conferre potest, Rebuff. d. glos. 1. n. 1. Salzed. ad Bernard. cap. 26. vers. Et licet, pag. 110. & dispensare, ut extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antistite ad sacros Ordines promoveri, cap. 1. de temp. ordin. Rebuff. super reg. 23. Cancell. vers. item hoc concedere potest; quam dispensationem in hac Curia appellant Curiales, extra tempora. Etiam si quis habuerit, ut à quocumque Antistite initiari possit, quamvis non egeat literis ejusdem testimonialibus de vita, & moribus, ex Trid. sess. 23. de reform. cap. 8. sine quibus ordinans suspenditur per annum à collatione Ordinum, & ordinatus ab usu Ordinis suscepti, Henric. lib. 13. c. 38. num. 2. Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. n. 20. Fornar. de Ordine, cap. 5. num. 4. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 48. q. 6. Madius de sacris Ordin. cap. 8. n. 13. vers. quid in eo.

Unde Fratres Minores, & omnes qui illorum privilegiis concessis, & concedendis fruuntur, ex Constitutione Clem. VIII. felicitis mem. possunt extra tempora à jure statuta Dominicis, vel aliis festiuis diebus sacros Ordines suscipere, referunt Fr. Emman. quæst. regal. tom. 3. q. 23. art. 5. Monet. de commutat. ut tim. volunt. c. 10. n. 184. Joan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 8. dub. 1. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. diffic. 12. cap. 8. & diffic. 13. n. 6. Hieron. Rodrig. in compend.

compend. quest. Regul. resol. 106. n. 7. me citato in hoc loco, Diana part. 3. tract. 2. resol. 31. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 2. cap. 1. quest. 13. Portel. in dubiis Regular. verb. Ordines sacri, n. 4. me citato in hoc loco, Marchin. d. tract. 1. part. 7. cap. 7. num. 1. ubi n. 4. de simili privilegio concessio monachis S. Hieronymi, & S. Benedicti. Virtute tamen aliorum privilegiorum à Summis Pontificibus ante Concil. Trid. concessorum, non posse Regulares nunc ab Episcopis ordinari Ordinibus sacris extra tempora, resolvunt Miranda in man. Pralat. tom. 1. quest. 38. art. 4. & Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neap. decis. 93. n. 6. p. 4. Lezana in sum. quest. Regul. tom. 1. cap. 14. num. 1.

7 Item Patres Societatis JESU ordinari possunt ad quosvis Ordines, etiam majores, extra prædicta tempora, ex indulto Gregor. XIII. ipsis concessio, sub dat. Tusculi 22. Septembris 1582. refert Piafec. in praxi nova Episcop. part. 1. cap. 6. n. 88. pag. 56. & seqq. & Aloyf. Ricc. d. Neapol. decis. 93. n. 7. part. 4. Marchin. d. c. 7. n. 4. Verba autem indulti sic refert novissimè Stephan. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, lib. 1. cap. 2. n. 13. *Præcipimus Episcopis, ut extra tempora à Jure statuta, tribusque Dominicis, vel aliis festivis diebus continuis ad sacros etiam Presbyteratus Ordines promoveant (videlicet Religiosos Societatis JESU.) Nos enim illis Ordines prædictos sic suscipiendi, ac prædictis Antistitibus eos Ordines ipsis conferendi facultatem tribuimus, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus quibuscunque contrariis, &c. Præsentis autem gratie communicationem aliis Mendicantibus interdiximus omnino.* Unde Suar. de legib. lib. 8. cap. 17. n. 8. & Valq. tom. 3. in 3. p. disp. 246. c. 5. n. 50. scriptum reliquerunt hoc privilegium recipiendi Ordines extra tempora ita esse Societati proprium, ut aliis Regularibus non communicetur, etiam si in privilegiis ejusdem participant, sed hoc improbat Diana d. p. 3. tract. 2. resol. 31. Item Patribus Congregationis S. Joannis Evangelistæ Portugaliæ concessit Clem. VIII. de mense Novemb. 1596. ut possint ordinari extra tempora, & per quemcunque Episcopum tribus Dominicis, vel festivis diebus continuis, vel interpolatis, non servatis interstitiis, &c. referunt Portel. loco citato, Diana moral. resol. part. 2. tract. 2. de dub. Regularib. resol. 31. Marchin. d. tract. 1. part. cap. 7. n. 3. de quo infra alleg. 18. num. 11.

An autem in supradictis Indultis nomine diei festi intelligatur festus dies, ac feriatus, in quo populus à laboribus, & operibus servilibus cessat? an verò sufficiat quod sit dies duplex, licet non sit feriatus? Questio est dubia, in qua probabilis est sententia Azor. institut. moral. part. 2. lib. 1. cap. 27. q. 19. existimantis necesse esse hos dies esse à laboribus, & operibus servilibus feriatos, & non sufficere quod sint duplices, & festi in ordine ad Officia divina. Contraria verò, quæ docet sufficere quod sint dies duplices, & festi in ordine ad Officia divina, licet non sint à laboribus feriatos, non videtur improbabilis ex eo, quia in Clem. unica, de reliq. & venerat. Sanct. festa Doctorum Ecclesiæ, & Evangelistarum æquiparantur festis Apostolorum, non quidem in feriacione horum festorum, sed in celebratione eorum sub officio duplici: tum quia Ecclesia celebrat festa Sancti Lucæ Evangelistæ, S. Ambrosij, Bonaventuræ, & S. Aquinatis sub officio duplici; & tamen in dicta Clem. unica, hi dies horum Sanctorum, dies festi appellantur. Ita docent Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. quest. 23. art. 5. Suarez tom. 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, c. 9. num. 22. Stephanus Fagundez d. cap. 2. num. 11. Vide supra alleg. 11. n. 22.

8 Tempus huiusmodi constitutum à Jure ad conferendos Ordines non est de substantia collationis illo-

rum, ex glos. in cap. ordinationi, il. 1. 73. distinct. idè si illis non servatis conferantur, utique imprimetur character, ut tenent glos. verb. etatem, in cap. non est compos, de temporibus ordinat. Ugolin. d. §. 25. n. 1. in princip.

Sed dubium occurrit, an promotus extra prædicta tempora, sit suspensus ipso jure? Quicquid tamen sit de jure communi, ut infra dicemus, non est dubium quin attenta Constitutione Pij II. incip. *Cum ex sacrorum*, quæ ad litteram refertur infra, num. 19. sit suspensus ipso jure, idque ex ea deducunt Navar. in man. cap. 27. num. 241. vers. 5. dico, & consil. 40. n. 7. vers. 22. de temporib. ordinat. in antiq. & consil. 7. sub tit. de clerico excommunicat. minist. Marcel. Vulpe d. cap. 8. num. 12. Postea verò Sixtus V. in Constitut. contra clericos malè promotos, incip. *Sanctum, & salutare*, sub dat. nonis Januarij 1588. non solum suspendit ipso jure promotos extra tempora, verum etiam illos ita promoventes ad Sacros, ut in §. *Ut igitur*, cum duobus sequentibus prædictæ suæ Constitutionis continetur: verum quia successit Clementis VIII. sanctio, quæ incipit, *Romanum Pontificem*, sub dat. pridie Kalend. Martij 1595. dictam Sixti V. Constitutionem restringens, ac modificans, & ad terminos tantum sacrorum Canonum, Sanctionisque Pij II. & Concil. Tridentini redigens, ut refert Sayr. in floribus decis. sub tit. de tempor. ordinat. decis. 27. idè videndum est quæ pœnæ statutæ sint in prædictis Juribus adversus promoventem, & promotum ad sacros Ordines extra tempora à Jure statuta. De Jure igitur communi, tam promovens, quam promotus extra tempora suspendendi sunt, ex sententia gloss. penultim. in Clem. final. de etate, & qual. aut melius promovens suspenditur, promotus verò fit suspensus ipso jure, ut affirmant Host. Joan. And. & Butr. cap. cum quidam, de tempor. ordin. ubi licet videantur primo aspectu tenere contrarium, nihilominus quia postmodum eorum sententiam in hac parte remittunt ad notata in capite litteras, illo titul. ubi Joan. Andr. num. 25. Butr. n. 7. & Hostiens. in final. verbis, quò loci affirmant promotum ipso jure suspensum, hoc itidem eos tenere in d. cap. cum quidam, affirmandum est, sequitur Ugolin. d. §. 25. num. 2. Sed Pij II. lex præteriens ordinatorem, adversus ordinatum pœnam indixit suspensionis ipso jure. Concil. verò Trident. nullam adversus eos infligit pœnam, & text. in cap. 8. sess. 23. de reformat. qui primo aspectu adversari videtur, non probat, quod ex eo deducit Salzed. ad Bernard. cap. 26. littera A, vers. his verò, qui extra tempora, dum ait hunc suspensum esse per annum: ea enim pœna refertur ad eum, qui sine testimonio sui Ordinarij Ordines suscipit, & declarat Ugolin. ubi proximè, sequitur Bonac. de censur. disput. 3. q. 6. punct. 5. n. 5. ubi etiam resolvit ad hanc suspensionem incurrendam non requiri præsumptionem, vel ignorantiam affectatam, sed sufficere ignorantiam mortæliter culpabilem.

Hic extra tempora constituta ad sacros Ordines se promoveri faciens, & prædictam suspensionem incurrens, Ordinis executionem non habet, & si celebret, irregularis fit: imò Ecclesiasticis privatur beneficiis, per d. Bullam Pij II. tenoris sequentis, videlicet.

Pius Episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Cum ex sacrorum Ordinum collatione character invisibilis anima imprimatur, sacra ministeria dispensentur, & ipsorum cura tribuatur animis in eorum susceptione, excessus graves tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis majora in mentibus fidelium scandala generantur: cum itaq; (sicut fide dignorum relatione non nisi molestè accepimus) nonnulli clerici extra tempora à jure constituta, quidam ante etatem legitimum

nam, aliqui verò sine dimissoriis, contra sanctiones Canonicas se faciunt ad sacros Ordines promovere; nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, ut aliis in posterum committendi similia aditus præcludatur, auctoritate Apostolica hac Constitutione perpetuò valitura statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, sive extra tempora à jure statuta, sive etatem legitimam, vel absque dimissoriis litteris, etiam Citramontani à Ultramontanis (præterquam si in hoc ultimo casu per Cameram Apostolicam juxta illius stylum ordinati fuerint) ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoveri, à sacrorum Ordinum executione ipso jure suspensi sint, & si hujusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea ultra alias penas in tales generaliter à jure inflictas, beneficiis Ecclesiasticis possint jure privari. Volumus autem, quod præsens nostra Constitutio in Romana Curia existens post quindecim dies, absentes vero Italos post alios menses, alios verò ultramontanos post sex menses, ab ipsius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apostolica publicatione, & affixione, ligare incipiat, Nulli ergo liceat eam infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno ab Incarnatione Dominica Millesimo quadringentesimo primo, quinto-decimo Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri anno quarto.

12 Attento prædictæ Bullæ tenore, dicendum præterea durante illius suspensione, clerico non posse conferri beneficia, cum ille careat Ordinum executione, secundum resoluta per Covarruv. in cap. alma mater, part. 1. §. 7. n. 1. contra Novar. in man. cap. 27. n. 160. Intellege de clericis in majoribus, de quibus loquitur prædicta Bulla: nam si in minoribus constitutis conferantur, collatio valida erit, ut resolvit Miranda in manual. Prælat. tom. 1. q. 39. art. 7. concl. 1. in fine.

13 Hæc Bulla Pij II. observatur semper in hac materia, eamque confirmarunt postea Julius Papa III. in sua regul. Cancel. 25. & alij successores, necnon Clemens VIII. & S. D. Paulus V. felicitis mem. reg. 23. per hæc verba: Item de clericis extra tempora à jure statuta, sive ante etatem legitimam, aut absque dimissoriis litteris ad sacros Ordines se promovere facientibus, pro tempore etiam voluit Constitutionem piæ memoriæ Pij II. similiter Prædecessoris sui desuper editam, & in dicto Cancellaria Apost. libro descriptam, quæ incip. Cum ex sacrorum, &c. pari modo observari, &c.

14 Dubitari potest, an suspensus vigore dictæ Constitutionis ab alio quàm à Papa absolvi possit? Et videtur dicendum, quod sic, ex ea ratione, quod Pius II. sibi non retinuit absolutionem in ea Constitutione, juxta doctrinam Armil. verb. suspensio, n. 22. Sylvest. eod. verbo, n. 8. vers. tertium, gloss. Clem. 1. §. pen. verb. excommunicationis, de heret. sicut in excommunicatione animadversum reperitur quoties conditor Canonis sibi specialiter non reservavit; & quia eo ipso concessisse videtur facultatem aliis absolventi, cap. nuper, de sentent. excom. cum citatis à Gutier. Canon. lib. 2. cap. 5. à princ. Suarez de censur. disp. 7. sect. 4. concessum enim dicitur quicquid expressè prohibitum non reperitur, l. necnon, §. quod ejus, ff. ex quibus causis. Sed his non obstantibus in contrarium se habet communis Doctorum resolutio, asserentium ab irregularitate contracta in Ordinibus male susceptis, & insuper à suspensione per dictam Constitut. incurta non nisi Summum Pontificem dispensare posse, ut videre est apud Sylvest. verb. irregularitas, num. 12. vers. hodie autem, Navar. in man. cap. 25.

n. 70. Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 30. n. 9. in fine, Jacob. de Graffis in decis. aureis, lib. 1. cap. 8. num. 15. & nuncupatim de suspensione agentes firmant Rebuff. in praxi benefic. titul. de clericis male promotis, gloss. 4. num. 3. Gutier. Canoniarum, lib. 1. cap. 26. sub n. 21. Bonac. de censur. extra Bull. disp. 3. q. 1. punct. 3. in fine. Ratio est, quia in illa Constitutione non ad aliquod tempus suspensionis censuram Papa infligit, irregularitatemque incurri decernit, ex quo evenit, ut perpetuò censeatur inflictæ, & Rota Romana genericè loquens firmavit contravenientes decretis dictæ Constitutionis perpetuò esse per eam suspensos, in Melitensi Abbacia, 24. Januarij 1590. coram R. P. D. Gypso. † Lex enim absque temporis præfinitione penam imponens censetur illam perpetuò infligere, l. servus, C. de penis, gloss. verb. perpetuò, in cap. cupientes, §. ceterum, de elect. gloss. verb. in perpetuum, in cap. ex litteris, de constit. ubi Abb. n. 10. Felin. in cap. tam litteris, n. 1. in fine, de testibus, ex quo sequitur neminem posse illius Bullæ dispositionem infringere, Pontificisque supremi factum revocare; si tamen hujusmodi suspensio, vel irregularitas occulta fuerit, in ea poterit † Episcopus dispensare, virtute Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. ut firmat Bonac. de censuris, disp. 3. quest. 6. punct. 5. num. 5. vers. tertio. Ex lapu verò viginti annorum præsumi dispensationem, censuit Rota in his terminis apud Farin. decis. 200. n. 3. p. 2. recent.

Advertere oportet prædictam Pij II. Bullam solummodo loqui de suscipientibus Ordines Sacros extra tempora, vel ante legitimam etatem, aut sine litteris dimissoriis, vel cum falsis, quod est idem; non tamen loquitur de prima Tonsura, vel de minoribus Ordinibus: stando etiam in Jure communi in dictis casibus non incurrebatur suspensio à suscipientibus minores Ordines, ut latè probat Navar. in man. c. 25. num. 70. & cap. 27. num. 241. ubi etiam asserit solummodo Pium II. suspendisse ordinatos Ordinibus sacris in dictis casibus, & declarasse eos esse ipso facto suspensos, atque irregulares si celebrent, non tamen ibi mentionem fecisse de prima Tonsura, aut minoribus Ordinibus, ad quod citavi plures DD sup. alleg. 16. n. 14. quibus adde Campan. rub. 6. cap. 2. n. 21. & Miranda d. art. 7. concl. 3. & quamvis concl. 2. dicat per Constit. Sixti V. ordinatos prima Tonsura, minoribusque Ordinibus, tam sæculares, quàm Regulares, Episcoposque eos ordinantes in dictis casibus ipso facto esse suspensos, hodie prædicta Constitutio Sixti V. restricta est ad terminos Juris communis, & Bullæ Pij II. dixi supra alleg. 19. n. 6.

ALLEGATIO XVIII.

Episcopus in interstitiis quando dispensare possit?

SUMMARIUM.

- 1 Interstitiis temporum servatis Ordines sunt conferendi, & quare.
- 2 Anni cursus, qui inter unum, & alterum Ordinem debet intervenire, quomodo computandus, ostenditur.
- 3 Abbates, qui subditis suis primam Tonsuram, & minores Ordines possunt conferre, poterunt cum eisdem in interstitiis dispensare.
- 4 Episcopus cum ordinandis data aliqua legitima causa potest in hujusmodi interstitiis dispensare, & qua sit legitima causa.
- 5 Causa gravior requiritur in dispensatione interstitiis.

- tiorum inter Diaconatum, & Sacerdotium, quam inter ceteros Ordines.
- 6 Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarius possunt dispensare in interstitiis.
 - 7 Episcopus super interstitiis temporum cum ordinando dispensare censetur, si illum ad Ordines assumat, sciens non elapsum anni curriculum.
 - 8 Impedimentum omne censetur sublatum, si Episcopus illud sciens ordinaverit.
 - 9 Ordinator super temporum interstitiis non potest dispensare cum non diocesano, nisi illi in dimissoriis dispensandi facultas concedatur.
 - 10 Episcopus cum Religiosis dispensare potest in interstitiis.
 - 11 Regulares qui possint non servatis interstitiis Ordinari.
 - 12 Abbates an cum Regularibus sibi subditis possint in interstitiis dispensare, ostenditur.
 - 13 Episcopus cum familiari suo triennali sibi non subdito an possit dispensare in interstitiis, remissivè.
 - 14 Ordinans, & ordinatus non expectatis temporum interstitiis, quas pœnas incurrant?

SERVATIS temporum interstitiis conferendi sunt Ordines, videlicet uno anno elapso post susceptionem ultimi minoris ad Subdiaconatum, iterum ad Diaconatum post annum, & post alium ad Presbyteratum, ut habetur in Concilio *sess. 23. de reformat. cap. 11. 13. & 14.* nam interim ordinandi commodius edoceri poterunt, quantum sit Ordinis, quem suscipiunt pondus, & dignitas, & cum ætate meritum vitæ, ut doctrina major accrescere poterit, ut dicit idem Concilium Trident. *citato loco*, quem ad hoc citat Ugolin. *de potestate Episcopi, cap. 29. §. 27. num. 2.* & plures rationes afferunt Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract. 2. cap. 14. n. 2.* & Carol. de Grassis *de effectib. cleric. in pralud. n. 329. cum seq. Sim. Maiol. de irregul. lib. 4. c. 11. à princ. novissimè Valenzuel. tom. 2. consil. 107. n. 1.* Nullus igitur Episcopus absque speciali, & particulari privilegio, & indulto de novo concessio conferre potest alicui, etiam Regulari, duos sacros Ordines in una, & eadem die, etiam si ad id faciendum prætendat habere se quantumcunque legitimam, nimis urgentem, & rationabilem causam. Ita habetur in *cap. dilectus & in cap. per litteras, de tempor. ordinat. & aliis Juribus, quæ innovata fuerunt à Concil. Trid. d. cap. 13. ibi: Duo Sacri Ordines non in eadem die etiam Regularibus conferantur, privilegiis, atque indultis quibuscunque non obstantibus, &c.* plures Doctores citavimus *suprà alleg. 14. n. 10.* ubi etiam advertimus quoad propositum eandem diem dici non solum quando eadem die sabbati, verbi gratia, duos majores Ordines suscipit aliquis; sed etiam secundum fictionem canonicam, veluti cum aliquis die sabbati recipit Subdiaconatum, & manè Dominicæ sequentis accipit Diaconatum, præsumitur enim una, & eadem dies, si continuato jejuniis hoc fiat. Ita Suar. *tom. 5. disp. 31. sect. 1. n. 40.* Sayr. *de censur. lib. 7. c. 10. n. 22.* Molfes. *d. cap. 14. num. 5.*

Anni curius, qui inter unum, & alterum Ordinem debet intervenire, non oportet, ut habeat trecentos sexaginta-quinque dies, quo tempore annus conficitur, sed sufficit advenisse eandem solemnitatem, & diem subsequentiis anni, in qua, anno transacto alium suscepit Ordinem, & ita interstitia non sunt mathematicè computanda, itaut ordinandus nequeat ad Ordines promoveri, nisi inter unum, & alterum Ordinem moram traxerit duodecim mensium completorum; sed moraliter, & juxta ritum Ecclesiæ, videlicet ab una Quadragesima ad aliam, à Pentecoste ad Pentecosten, &c. quamvis inter primam, & secundam Pen-

tecostes solemnitatem nondum sint elapsi duodecim menses. Ita tenent, ac decisum referunt Hieron. Sorbo *in compendio Mendicant. verb. Ordines sacri, vers. circa id, Prosper. de August. in addit. ad Quarantam, in sum. Bullarij, verb. Ordo, in fine, Zerola in praxi Episc. p. 1. verb. Ordo, vers. ad quartum, circa med. Ugolin. d. §. 27. n. 6.* Fornar. *de sacram. Ordinis, c. 3. §. 6. n. 4.* Marcel. *Vulpe in praxi judic. fori Ecclesiast. cap. 7. num. 3.* Campanil. *in diversorio Juris Canonici, rub. 6. cap. 3. num. 12.* me citato Bonac. *de Sacramentis disp. 8. quest. unica, puncto 5. num. 33.* Molfes. *dict. cap. 14. num. 8.* Aloyf. Ricc. *in praxi fori Eccles. post resol. 279. in not. de materia sacram. Ordinis, vers. quoad. Jul. Cæs. Mad. de sacris Ordinibus, c. 4. n. 17.* novissimè Laurent. *de Franchis in controuv. inter Episcop. & Regular. pag. 77. vers. ad 7. Lezana in sum. 99. Regul. cap. 14. num. 17.*

In minoribus tamen Ordinibus temporis interstitium aliter computatur, prout dixi cum multis, quos citavi *suprà alleg. 11. à num. 17.* me citato *in hoc loco*, novissimè Navar. *in lucerna Regular. verb. dispensare, num. 1. & 2.*

Episcopus cum ordinandis in hujusmodi interstitiis dispensare potest, non tamen ad ejus libitum, atque arbitrium non regulatum aliqua legitima causa: duæ referuntur à Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. c. 11. 13. & 14.* nempe necessitas, & utilitas particularium Ecclesiarum, Per Ecclesiæ utilitatem intelligit, quando pauci sunt ministri Ecclesiastici idonei, & tunc utile Ecclesiæ est aliquos ordinare ad Ecclesiæ ministerium, & majorem etiam ornatum, ac splendorem, Per necesse sitatem intellexit quando deficerent ministri, nec possent suppleri per jam ordinatos Ecclesiæ onera, tam in Missarum celebratione, quam in aliis Ecclesiasticis ministeriis, ut explicat Sorb. *in compendio privileg. verb. Ordines sacri, pag. 276. num. 3.* Vie Navar. *conf. 11. de tempor. ordinat. & addit. ad eum conf. 19. de voto, Marcel. Vulpe d. c. 7. n. 7.* Miranda *d. art. 8. conclus. 3. & 4.* Ugolin. *d. §. 27. num. 3.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 5.* Aloyf. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 561. in 1. edit. & resol. 483. n. 2. in 2. edit. Molfes. d. c. 14. n. 11.* Bonac. *de Sacramentis, disp. 8. quest. unica, puncto 6. num. 1. vers. graviolem, ubi dicit † graviolem causam requiri in dispensatione interstitiorum inter Diaconatum, & Sacerdotium, quam inter ceteros Ordines: nam Tridentinum Concilium in dispensationibus interstitiorum inter minores Ordines requirit solum arbitrium Episcopi; in dispensationibus interstitiorum inter minores, & majores Ordines exigit necessitatem, aut Ecclesiæ utilitatem; in dispensatione verò interstitiorum inter Diaconatum, & Presbyteratum, postulat Ecclesiæ utilitatem, & necessitatem; itaut non sufficiat Ecclesiæ utilitas, verum etiam requiratur necessitas, quæ tamen necessitatis, vel utilitatis causa extraordinaria, aut publica non requiritur; quia Concil. Trident. remittere videtur hoc negotium arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, posita utilitate Ecclesiæ, & necessitate, quam Episcopus secundum circumstantiam loci, & temporis, aut juxta conditionem personæ sufficientem judicaverit: utrumque approbant Sorb. *in compendio privileg. §. Ordines sacri, ad fin. Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. quest. 24. art. 6. & 7.* Menoch. *de arbitrar. casu 427. num. 30.* Miranda *d. quest. 38. art. 8. concl. 1.* eleganter Carol. de Grassis *d. pralud. à n. 334.* Homobon. *de examine Ecclesiastico, tract. 2. c. 2. §. 14. & 15.* Præter has causas dispensandi in interstitiis, quæ desumuntur ex Concil. Trid. *in divinis cap. 11. 13. & 14.* adest alia favore studii in aliqua Universitate, Menoch. *dicto casu 427. n. 31.* Et ætas ordinandi provec̄ta, juncta cum ejusdem integritate: necnon arctatio ad recipiendum Diaconatum, vel Presbyterata*

Presbyteratum ratione beneficii recepti, vel recipien-
di, Concil. Trid. *sess. 7. de reform. cap. 7.*

6 Facultas prædicta remittendi interstitia, Episcopo
concessa modo supra relato, extenditur etiam ad Vi-
carios generales Episcoporum; nam licet Tridenti-
num solum loquatur de Episcopo, attamen non vide-
tur electa industria personæ, aut gradus dignitatis
Episcopalis. Ita Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 2. quest. 43.*
num. 28. & 29. & q. 111. num. 16. Marchin. *d. part. 7.*
cap. 2. num. 6. Julius Cæs. *Madius de sacris Ordinibus,*
cap. 9. num. 12. Eadem etiam facultas transit ad Capi-
tulum Sede vacante, seu ejus Vicarium. Ita Piafec. *in*
praxi nova Episcop. part. 1. cap. 1. n. 50. vers. eadem.
Quaranta in summa Bullarum, verb. Capitulum, vers.
quero 10. Aloyf. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 715.*
in 1. edit. & resol. 606. in 2. edit. & decis. 561. in 1. edit.
quæ est resolut. 483. num. 6. in 2. edit. ubi allegat To-
ming. consil. 60. num. 4. Altam. consil. 13. num. 6. Suar.
tom. 4. disp. 28. sect. 5. in princ. Sanchez de matrim. lib. 3.
disp. 29. n. 14. latè Valenz. tom. 2. consil. 107. num. 11.
cum seqq. & in Vicario Capituli Sede vacante Armen-
danz in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 1.
tit. 18. l. 7. de Episcopis, in declarat. n. 57. & resolvunt
Marta de jurisdic. part. 2. cap. 9. n. 13. Marchin. dict.
tract. 1. part. 7. cap. 2. num. 8. Carol. de Grassis d. præ-
lud. n. 339. in fine, Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1.
dub. 54. num. 8.

7 Super interstitiis temporum necesse est, ut Episco-
pus clarè dispense, vel ut assumat ad Ordines infra
anni curriculum ordinandum, sciens nondum esse la-
psum tempus ab antea suscepto Ordine ad sequentem;
quia si ignoravit, tacitè dispensare non videtur:
tum quia ÷ omne canonicum impedimentum, cujus
dispensatio ad Episcopum pertinet, censetur subla-
tum; si illud sciens Episcopus ordinaverit, juxta re-
soluta per Abb. *in cap. veniens, num. 2. & 3. de filiis*
Presbyt. Felin. in cap. præterea, num. 7. cum sequent.
de testib. cogend. Bart. in l. Barbarius, n. 12. ff. de offic.
Prætor. ubi Jaf. num. 10. Put. decis. 448. lib. 1. Menoch.
de præsumpt. lib. 2. q. 20. num. 7. Quare in propriis ter-
minis, de quibus agimus, ita resolvunt Laurent. de
Franchis *in contrav. inter Episcopum & Regular. pag. 76.*
ad 5. Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 24. n. 14. Sal-
zed. ad Bernard. in prætic. cap. 25. vers. opportunè.
Menoch. *de arbitrar. casu 563. n. 10. Madius de Sacris*
Ordin. cap. 9. n. 10. Carol. de Grassis d. prælud. n. 342.
Ugolin. *de potest. Episcopi, cap. 26. §. 28. Molfes. tr. 2.*
cap. 12. n. 2. Homobon. de Bonis de examine Ecclesia-
fico, tract. 2. cap. 2. q. 15. Molfes. d. cap. 14. n. 10. Mar-
chin. d. cap. 2. num. 14.

9 Ordinatio super temporum interstitiis cum non
Dioecetano ad suscipiendos Ordines dispensare non
potest, nisi hoc in dimissoriis expressè concedatur:
sic fuisse responsum à sacra Congregat. Episcoporum
Episcopo de Alefe, die 9. Augusti 1593. refert Piafec.
in praxi nova Episcop. part. 1. cap. 1. num. 11. pag. 29.
ubi dicit ita communiter servari in praxi, & resol-
vunt Miranda *in man. Prætor. tom. 1. quest. 38. art. 7.*
concl. 2. ubi latè probat Alzed. d. part. 1. c. 2. n. 11.
Marta *de jurisdic. part. 2. cap. 9. num. 14. Carol. de*
Grassis dict. præl. n. 339. Marchin. dict. tract. 1. p. 7.
cap. 2. num. 5.

10 Dispensatio hæc interstitiorum pertinet ad Episco-
pum, etiam respectu Religiosorum, cum quibus di-
spensare potest ex causa sibi per attestationem suorum
Superiorum manifesta, ita quod nefas sit Præpositis
Regularibus in hoc casu dispensare. Ratio est, quia
hæc facultas est annexa Ordinum collationi, & ideo
sicut ad Episcopum spectat conferre Ordines, ita ad
eum spectat dispensare in interstitiis: tum quia Con-
cilium Tridentinum hanc dispensationem iudicio, &
arbitrio Episcopi semper relinquit. Quare ita tenent

Menoch. *de arbitrar. casu 564. Hieron. à Sorbo d.*
verb. Ordines sacri, vers. quoad secundum, F. Em-
man. in explicat. Bulla Cruciatæ, ad finem, & quest.
Regularium, tom. 3. quest. 27. art. 3. Marc. Anton. Ge-
nuens. in prætic. cap. 83. num. 1. Gabr. Vasq. tom. 3. in
3. part. disp. 246. n. 57. Villalob. in sum. part. 2. tr. 11.
diffic. 12. à n. 4. Petr. de Ledesma. in sum. part. 1. de Sa-
cram. Ordinis, c. 8. vers. la dificultad, Lezana in sum.
Regul. cap. 14. n. 15. referunt decisum Piafec. in praxi
nova Episc. part. 1. n. 50. pag. 58. Aloyf. Ricc. in de-
cis. Curia Archiepif. Neapol. decis. 81. n. 1. & in præ-
xi fori Eccles. decis. 561. in 1. edit. & resol. 483. n. 5.
in 2. edit. Henriq. in sum. lib. 20. cap. 23. §. 4. in com-
ment. lit. L, Ugolin. de potest. Episc. c. 20. §. 2. n. 2.
c. 26. §. 27. n. 3. Prosper. de Augustino in addit. ad Qua-
rant. in sum. Bullarum, verb. Ordo, prope finem, pag. 395.
Marcel. Vulpe d. cap. 7. n. 2. Joan. Baptista Contectius
in Collect. privilegiorum Sacri Ordinis, fol. 136. Peiri-
nis de privileg. Minim. tom. 1. constit. 1. Sixti IV. §. 23.
n. 35. Diana resol. moral. tom. 2. tract. 2. de dub. regu-
laribus, resol. 112. Sanch. in opusculis moralibus, lib. 7.
c. 1. dub. 54. n. 4. licet n. 8. contrarium videatur asserere,
& me citato Bonac. de Sacram. disp. 8. quest. unic. punct.
5. n. 34. Molfes. in sum. tract. 2. cap. 1. num. 56. Hieron.
Roder. in compend. resol. 106. n. 20. & me citato in hoc
loco, Homobon. de Bonis d. tract. 2. cap. 2. q. 15. in fine,
Portel. in dubiis Regularibus, verb. Ordines Sacri, n. 5.
Marchin. d. tract. 1. part. 7. cap. 2. num. 2. Miranda d.
art. 7. conclus. 1. & advertit Molfes. ex declaratione
S. Congregat. debere Episcopos se conformare cum
supplicatione Superiorum Regularium, quia ad ipsos
Superiores spectat providere, & judicare circa utili-
tatem, & necessitatem Ecclesiarum suarum, & non
esse Episcopi, ad quem nullus est ordinandus, hoc
judicium facere, sed mittentis: latè Laurent. de Fran-
chis in controvers. inter Episcopum, & Regulares,
pag. 75. in fine, vers. ad secundum, ubi testatur Sacram
Congreg. censuisse, Superiores Regulares non posse
dispensare super interstitiis Regularium ordinando-
rum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui
tamen quoad causam dispensationis iudicium suum
formare debet ex attestatione Superiorum Regula-
rium, & in vers. ad tertium, ex eadem Sacra Congre-
gat. addit, debere fieri mentionem in hujusmodi lit-
teris dimissorialibus suorum Superiorum petentium
ab Episcopo, ut super interstitiis dispensare digne-
tur, attenda necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, seu
Religionis.

Est tamen hinc valde observandum, Regulares ex
privilegio concessa à Gregorio XIII. Societati
Jesu, & ex alio concessa à Clemente VIII. die 23.
Novembris 1596. Congregationi S. Joannis Evange-
listæ in Portugalia, quod refert Portel. *in dub. Regu-*
lar. verb. Ordines Sacri, num. 4. posse ordinari non
servatis interstitiis etiam ad Ordinem Presbyteratus,
etiam absque prævia functione præcedentis Ordi-
nis, imò etiam per extra tempora; quod privile-
gium communicatur aliis Regularium Ordinibus,
non obstante prohibitione communicationis per eun-
dem Gregorium XIII. Ita Fr. Emman. *quest. Re-*
gul. tom. 1. quest. 23. artic. 5. Hieronym. Roderic. in
compend. quest. Regular. resol. 106. num. 20. Diana re-
solut. moral. tom. 2. tract. 2. de dub. Regul. resol. 112.
Marchinus dict. tract. 1. part. 7. cap. 2. num. 4. Quic-
quid dicant Suarez, & Vasquez citati supra allegat. 17.
num. 7.

Quæstio superest, an ad Abbates Regulares, qui
per seipsum Ordinibus minoribus subditos suos Re-
gulares possunt ordinare, ipsosque ordinaverint,
spectet, non verò ad alium cum eisdem in intersti-
tiis dispensare? Affirmativè decidunt Lezana *d. c. 14.*
n. 15. Campan. in diversor. Juris Canon. rub. 12. cap. 15.

- num. 42. Sorb. *verb. Ordines Sacri*, fol. 278. Sanchez d. lib. 7. cap. 1. dub. 54. n. 7. Marchin. d. cap. 2. num. 9. Mirand. in *man. Pralat.* tom. 1. q. 38. art. 7. conclus. 3. quem citavi *suprà allegat.* 3. num. 12. ubi etiam elevat dubium, sed non resolvit, utrum scilicet, quando hujusmodi Abbas, quia infirmus, sive occupatus, ad alium miserit subditos suos ordinandos, possit cum eis in interstitiis dispensare, an hoc competat Episcopo ordinaturo?
- 13 An possit Episcopus cum familiari suo triennali aliàs sibi non subdito dispensare in interstitiis? *dx̄i suprà alleg.* 5. num. 14. & 15.
- 14 De pœnis, quas incurrit ordinans, vel ordinatus, non expectatis temporum interstitiis, superest ut videamus. Quamvis Henriquez in *summa*, lib. 6. cap. 10. num. 3. lit. C, indicare videatur tales nullam pœnam, neque peccatum incurere, nihilominus tamen licet quoad pœnam id absque dubio procedat, quia nulla est in Jure apposita adversus tales; quo verò ad aliam partem, contra eum sentio utrumque graviter peccare, quia est transgressor Sacrorum Canonum in materia Ordinum, quæ est gravissima, & idèd Episcopus ordinatum culpabiliter non servatis temporum interstitiis poterit suspendere, & aliis pœnis ob Canonis transgressionem punire. Vide Navar. *consil.* 4. de tempor. *ordinat. in novis*, Sayr. in *floribus decis.* sub eod. titul. *decis.* 56. Suarez *tom.* 5. de *cenfur. disp.* 31. sect. 1. n. 43. Zerol. in *praxi Episc.* part. 1. *verb.* Ordo, §. 8. & part. 2. eod. *verb.* ad quintum, Pialec. in *simili praxi*, part. 1. cap. 1. n. 50. *vers.* nullam, Aloy. Ricc. in *collect. decis.* part. 3. *collect.* 576. & in *praxi rerum fori Ecclesiast.* *resol.* 483. n. 7. in 2. edit. Bonac. de *Sacrament. disp.* 8. *quæst. unic. punct.* 5. n. 35. & de *cenfur. disp.* 3. q. 9. *punct.* 5. n. 7. Campan. in *divers. Juris Canon. rub.* 6. cap. 3. n. 23. Filliuc. in *qq. moralib.* tom. 1. *tract.* 10. cap. 7. n. 1190. & *seqq.* Jul. Cæf. Mad. de *Sacris Ordin.* cap. 7. n. 11. Antonin. Diana *moral. resol.* part. 4. *tract.* 2. *resol.* 55. *vers.* nota etiam, Marchin. d. *tract.* 1. p. 7. cap. 2. n. 12. Marcel. Vulpe in *praxi judiciali fori Eccles.* cap. 8. n. 17. me citato Alzed. de *precellent. Episc. dignitatis*, p. 2. cap. 5. num. 23.

ALLEGATIO XIX.

Episcopus sub quo beneficij, vel patrimonij titulo ordinare possit?

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur, qui de materia hujus allegationis tractant.
- 2 Ordinatio sine titulo facta, quoad executionem irrita appellatur.
- 3 Titulus non requiritur ad minores Ordines.
- 4 Titulus hujusmodi requiritur, quotiescumque Clericus secularis Ordines sacros procurat suscipere, secus verò si regularis professus.
- 5 Regularis, tam non professus, quam nulliter professus sine titulo, ad Sacros Ordines promoveri non potest.
- 6 Regularis non professus sine titulo promotus, in suscepto Ordine ministrans efficitur irregularis.
- 7 Patres Societatis Jesu ante solemnem professionem sine titulo ad Sacros Ordines possunt promoveri.
- 8 Beneficium ad cujus titulum quis est ordinandus, debet esse tantum, ut sufficiat ad honestè vivendum, nec opus est attendere ad qualitatem ordinandi.
- 9 Titulus ad Ordines requiritur, non solum sufficiens pro victu, sed etiam ad honestè vivendum.

- 10 Vivere commodè, vel vivere cum penuria, vel vere simpliciter, sunt diversa.
- 11 Episcopus debet arbitrari patrimonij quantitatem, cum jure præscripta non sit.
- 12 Episcopus, ut rectè arbitretur congruam summam pro hujusmodi titulo concedendo, qua debeat attentè rimari.
- 13 Beneficij valor, ut ejus titulo quis ordinari possit, debet pertinere summam, qua Clerico sustentando, sibi, & suis, quin & pauperibus, ac peregrinis, juribusque Episcopalis persolvendis sufficiat.
- 14 Beneficium insufficiens patrimonio adjunctum potest constituere sufficientem titulum.
- 15 Beneficium ad cujus titulum quis est ordinandus, debet pacificè possideri.
- 16 [Possessor pacificus ille dicitur, qui nullâ patitur juris, vel facti controversiam in judicio, vel extra.
- 17 Beneficium litigiosum, & non pacificè possessum, fit citatione.
- 18 Citatio circumducta nullo, vel cum falso procuratore, non efficit litispendentiam.
- 19 Litigiosa dicitur res quoties de ejus dominio controvertitur in judicio.
- 20 Lis super possessione non facit ipsam rem litigiosam, sed jus possessionis.
- 21 Possessor pacificus dicitur ille, cui lis mota fuerit super aliquo pradio, domo, censu, aut redditu sui beneficij.
- 22 Ad promotionem infra annum arêtatur, qui curate Ecclesia plenum derinet exercitium, tamen si nondum liberam possessionem, ac pacificum majoris partis fructuum adeptus sit.
- 23 Coadjutoria cum futura successione ad titulum potest quis promoveri, si ratione illius habeat congruam sustentationem.
- 24 Beneficij consistentis in distributionibus quotidianis ad titulum potest quis promoveri.
- 25 Vicaria temporalis, & aliorum similium beneficiorum, seu Capellaniarum amovibilium ad titulum nemo potest ordinari.
Præstimonij ad titulum potest quis promoveri, si detur in perpetuum, secus si ad tempus, ibid.
- 26 Servitij in aliqua Ecclesia præstandi ad titulum non potest quis ordinari, nisi tale servitium sit perpetuum.
- 27 Episcopus quibus concurrentibus poterit ad titulum servitij in Ecclesia aliquem ordinare.
- 28 Ordinari quis non potest ad titulum de futuro, & sub spe etiam certa.
- 29 Ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines potest quis promoveri ad titulum beneficij, non obstante, quod non lucretur illius fructus, nisi post susceptum Presbyteratus Ordinem.
- 30 Capellaniam obtinens in Capella Papa, licet sit ad nutum amovibilis, potest ad illius titulum ordinari.
- 31 Cooptatus in Collegiū Seminarij, non potest ad illius titulum ordinari, nisi ob causam in serviendo beneficio, quod forsan esset Seminario injunctum.
- 32 Beneficium ad cujus titulum quis promotus fuit, resignari non potest, nisi facta mentione, quod fuerit ad illius titulum promotus, aliàs resignatio erit nulla.
- 33 Resignanti beneficium non facta mentione, quod ab illius titulū fuit promotus, competit actio spolij.
- 34 Decisio rote in Leodiensi Canonatu refertur.
- 35 Concilio Tridentino cap. 2. de reform. *sess.* 21. non est satisfactum mediante clausula, Constito quod resignans habeat aliunde, &c. si non fuerit expressum, quod ad titulum beneficij resignati fuit promotus.

- 36 Concilium Tridentin. d. loco, non potest adimpleri per equipollens.
- 37 Concilium d. loco comprehendit etiam resignationes factas in manibus Papa.
- 38 Affectio per appositionem manus non intrat, quando resignatio est nulla.
- 39 Constitutus in minoribus Ordinibus potest beneficium resignare, etiamsi non habeat aliunde, quo vivere possit.
- 40 Constitutus in sacris non potest beneficium resignare, etiamsi ad illius titulum non fuerit promotus, nisi aliunde habeat unde commodè vivere possit.
- 41 Resignatio alicujus in sacris constituti in Curia non admittitur, nisi cum clausula, quod resignans aliunde habeat unde commodè vivere possit.
- 42 Renunciatio beneficii, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus facta cum pensione sufficienti ad congruam sustentationem, non est valida, nisi facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus.
- 43 Permutatio beneficii ad cuius titulum fuit quis promotus, non facta de hoc mentione, nulla est.
- 44 Permutans tacendo ordinationem, ac titulum, tutus est in foro conscientia, si illud quod habuit ex causa permutationis, erit æquivalens.
- 45 Concilium d. cap. 2. comprehendit tantum resignationes voluntarias, & non procedit in privationibus, & renunciationibus inductis à iure.
- 46 Jurans resignare beneficium, vel procuratorem constituere ad resignandum illud, ad cuius titulum fuit promotus, non potest compelli resignare cum effectu; imò procuratorem revocare valebit.
- 47 Superiores cavere debent, ne renunciationes admittant, nisi antea sibi constiterit resignantem habere, unde commodè possit sustineri, quo non perquisito, si acceptaverint, non dubitatur validam esse, sed ipsi tenebuntur eidem ministrare alimenta.
- 48 Fructus beneficii, ad cuius titulum fuit quis promotus, non possunt hypothecari, nec obligari, nec etiam in subsidium aliorum bonorum in causam iudicati capi, ut in illis executio fieri possit, si Clericus egeat, ut n. 49.
- 50 Miles condemnatus eatenus, quatenus facere potest solvere cogitur.
- 51 Jurans se Titio soluturum mille cum pervenerit ad pinguiorem fortunam, & postmodum Episcopalem sit adeptus dignitatem, non tenetur jam dictam persolvere summam de fructibus Episcopalibus.
- 52 Patrimonii vocabulo intelligitur non solum quidquid ex patris bonis filio obvenit, verum etiam omne id quod aliunde, & quavis ex causa illi delatum est.
- 53 Beneficium Ecclesiasticum sufficiens non habens, ad cuius titulum ordinari possit titulo saltem patrimonii, permittente Episcopo, Ordinari potest. Ad quem tunc Episcopum, beneficii scilicet, an patrimonii, pertineat ordinatio, ibid.
- 54 Patrimonii quantitas arbitrio prudentis debet taxari.
- 55 Patrimonium super re immobili constitui debet. Patrimonii ad titulum, quod consistat in censu, tam vitalitio, quam perpetuo, & redimibili, potest quis ordinari, ibid.
- 56 Donationis vera ad titulum potest quis ordinari, si ita Episcopus judicaverit assumendum pro necessitate, vel utilitate Ecclesie.
- 57 Ordinatus cum patrimonio ex donatione facta tanquam ordinatus sine titulo, incurrit poenam suspensionis positam contra ordinatam sine illo.
- 58 Peccatum grave est cum fidei patrimonio, vel beneficio ordinari.
- 59 Suspendio nulla incurritur cum adest pactum, & conditio in patrimonio de illo reddendo, ubi ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel alias unde vivere possit.
- 60 Filius ordinandus non est sine patrimonio, quamvis haberet patrem divitem nihil assignantem pro victu, & portione.
- 61 Pater potest filio donare ad suscipiendos Ordines.
- 62 Melioratio facta filio pro suscipiendis Ordinibus, etiam non interveniente traditione, irrevocabilis est.
- 63 Pater nolens filio volenti promoveri justum patrimonium constituere, potest constringi juris remediis, ut illud assignet.
- 64 Donatio pro suscipiendis Ordinibus filio simpliciter facta, conferri non debet, seu imputari in legitimam.
- 65 Fructus filio dati loco alimentorum, & ad supportanda onera Matrimonii, non sunt conferendi.
- 66 Expensa facta pro doctorando filio non sunt conferenda.
- 67 Data pro ingredienda militia non sunt conferenda.
- 68 Data ad consequendam dignitatem etiam non sunt conferenda.
- 69 Expensa facta à patre, ut filius nancisceretur aliquod beneficium Ecclesiasticum, non sunt conferenda, & n. 70. respondetur contrariis.
- 70 Patrimonium super re certa constituendum est, & non sufficit, quod quis sit Musicus, Magister Grammatica, Pictor, aut alterius licite professionis, ex qua tantum quaritur, quod sit sufficiens ad vitam sustentationem.
- 71 Literatura ad titulum etiam insignis non potest quis ordinari.
- 72 Beneficium, patrimonium, aut donationem non habens, potest cum penuria Sacerdotum existit, ad sacros Ordines promoveri, dummodo adsit, qui illi spondeat necessaria ministraturum.
- 73 Pensionis ad titulum potest quis ordinari, dummodo ad honestè ipsum sustentandum sufficiens sit, si Episcopus judicaverit assumendum.
- 74 Bona ad quorum titulum fuit quis ordinatus, alienari non possunt.
- 75 Dicitio nullatenus, inducit nullitatem actus ipso jure.
- 76 Alienatio patrimonii, aut extinctio pensionis, ad cuius titulum fuit quis promotus, est invalida.
- 77 Patrimonium ut alienari, sic vendi non potest.
- 78 Promissio de vendendo venit appellatione alienationis.
- 79 Transactio venit appellatione alienationis ex parte rem dimittentis.
- 80 Divisio venit appellatione venditionis.
- 81 Vendere prohibitus censetur prohibitus dividere.
- 82 Alienare prohibitus non potest permutare.
- 83 Datio in solutum venit appellatione alienationis.
- 84 Patrimonium non potest hypothecari.
- 85 Alienare qui non potest, non potest hypothecare.
- 86 Patrimonium prescribi non potest tempore ordinario.
- 87 Alienatio, seu renunciatio Patrimonii, an valeat facta sine Episcopi licentia, si tunc habet beneficium, seu alias unde commodè vivere possit.
- 88 Dicitio, Donec, est restrictiva temporis.
- 89 Verba Concil. d. cap. 2. ibi, atque aliqua deinceps sine licentia Episcopi alienare, declarantur.
- 90 Patrimonii bona ad cuius titulum fuit quis ordinatus, habent privilegia, qua conceduntur à Inre bonis Ecclesiasticis.

HUICUS allegationis materiam, quæ amplissima, necessaria, & quotidiana est, tractant Henriquez in sum. lib. 10. cap. 17. §. 3. Fr. Emman. in summa. tom. 2. cap. 15. Flamin. de resign. lib. 2. quæst. 6. Petr. Ledesma in sum. part. 1. de sacramento Ordinis, cap. 7. conclus. 6. cum seqq. Aloyf. Ricc. in collect. decision. part. 3. collect. 566. & in praxi fori Ecclesiastici, dec. 312. cum seqq. in 1. edit. & resolut. 270. cum sequentib. in 2. edit. Ugolin. de potestate Episcopi, cap. 26. §. 8. cum sequentib. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 4. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 72. cum seqq. Armend. in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 2. tit. 8. l. 1. de parim. clericorum, num. 1. cum sequentib. latissimè Nicol. Garcia de benefic. part. 2. c. 5. eleganter Campanil. in divers. Iuris Canonici, rub. 8. c. 1. cum sequent. Bonac. de Sacram. disputat. 8. quæst. unic. à punct. 5. num. 18. cum seqq. Sanctarel. var. resol. 9. 49. Homobon. de Bonis de examine Eccles. tract. 2. q. 19. cum sequentib. Molfes. in sum. Theologia moral. tract. 2. c. 15. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 35. latè Alphons. Narbona l. 35. glos. 1. tit. 3. lib. 1. Recopil. pag. 4. cum seqq. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 34. cum seqq. Marchin novissimè post plures hujus tractatus impressiones in lucem editus, in sacram. Ordinis, tr. 2. part. 6. c. 5. cum seqq. Marcel. Vulpe in praxi judiciali fori Eccles. cap. 8. a. n. 6. Alzed. de præcellent. Episcop. dignit. p. 2. c. 5. n. 49. cum seqq. idem Bonac. de censur. extra Bullam Cœna, disp. 3. q. 1. punct. 8. Torreblanca novissimè in practicab. Iuris spirit. lib. 2. c. 13. num. 24. cum seqq.

2 Ne cum Ordinis decore mendicet infelix in plateis Clericus, & fervili operi mancipatus publicè à quolibet poseat elemosynam, ut scriptum est in cap. Diaconi sunt, 99. distinct. debet quam maximè possibile fuerit Episcopus laborare, ne quis titulo sufficienti ad victum carens, promoveatur ad Ordines; si quis autem contrarium fecerit, talis ordinatio vacuum habebit manûs impositionem, ut constitutum est in cap. neminem, 70. distinct. Ordinatio enim sine titulo facta irrita habetur in cap. Sanctorum, ead. distinct. ubi glossa vacuum, & irritam quoad executionem illam appellat, & confirmat Majol. de irregul. lib. 4. c. 15. in princ.

3 Sed incipiendo ab ordinando, apud antiquos controversum reperio, qualis debeat illo titulo potiri; nam illo carere non posse Tonsuram, aut quatuor minores Ordines suscipere ambientem, resolvit gloss. 1. in d. cap. neminem, & Panorm. in cap. 2. num. 2. de præbend. Sed verior est opinio, quæ tenet ad minores Ordines titulum non requiri; quia in illis existens potest recedere ab Ordine clericali, juxta cap. 1. de Cleric. conjug. & tenet gloss. 1. in cap. Psalmista, 23. distinct. ubi Præpos. n. 3. gloss. in cap. 2. de præbend. & ibi Decius num. 29 & ita servari de consuetudine testantur Salzed. ad Bernard. cap. 18. num. 5. Ugolin. de irregularit. c. 61. num. 3. Franc. Emman. in summa, tom. 2. c. 15. num. 16. Quintanad. Ecclesiasticôn lib. 3. num. 17. Petrus Ledelm. in sum. part. 1. de Sacram. Ordin. cap. 7. ad finem, Navar. consil. 14. incip. Quæsitum est, num. 1. de temp. ordinat. Francisc. Marc. Delphinali decis. 1080. incip. Queritur in Abbatis, part. 1. Flamin. de resignat. lib. 9. quæst. 6. num. 4. D. Acuña in comment. ad cap. neminem, num. 3. dist. 70. Alzedo d. p. 2. c. 5. n. 50. Comitol lib. 6. q. 38. Bonac. de censur. extra Bull. disp. 3. q. 1. puncto 8. n. 9. Nicol. Garcia d. c. 5. n. 4. cum seqq. Aloyf. Ricc. in d. praxi, resol. 271. n. 3. Campan. de rub. 8. c. 1. n. 5. Homobon. d. tract. 2. q. 20. Thom. Valasc. d. alleg. 35. n. 3. Sanchez d. lib. 7. c. 1. dub. 37.

4 Hic igitur titulus requiritur ex Iuris dispositione, quotiescumque clericus secularis Ordines sacros

procurat suscipere, secus verò si Regularis persona quæ vovere debet castitatem, paupertatem, & obedientiam, in quo professio tenet vicem tituli beneficiæ, ut per Henric. in sum. lib. 10. c. 17. §. 3. ubi addit quod voluntaria paupertas pro operibus computatur, illarumque subingrediatur locum, ac propterea Tridentina Synodus sess. 21. de reformat. cap. 2. expressè constituit, ne quis deinceps clericus (secularis sine sufficienti titulo auderet Ordines assumere: idemque Sixti V. Constitutio tradidit, in illis verbis, aut quoad seculares sine titulo, si sufficientis beneficiæ, vel patrimonii. Est tamen indubitati juris quod si ante professionem vellet Regularis persona insigniti Ordinibus, non utique possit ad illos promoveri absque titulo sufficienti, per Bullam Pii V. incip. Romanus Pontifex, de anno 1568. pridie Idus Octobris, quæ in ordine est 75. ubi prædictum decretum Concilii loquens de titulo requisito in clericis secularibus extendit ad omnes, & singulos etiam eujuscunque Ordinis clericos Religiosos, sive seculares more Religiosorum viventes in communi, qui nunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem emiserunt, & ex claustris exire possunt, quam Constitutionem refert Piafec. praxi nova Episc. p. 1. c. 1. de conferendis Ordinibus, n. 43. novissimè Laurent. de Franc. in controvers. inter Episc. & Regul. p. 89. & per eum ita resolvunt Ugolin. d. §. 8. n. 1. vers. hac autem regula, Salzed. ad Bernard. in pract. c. 19. n. 2. Nicol. Garcia. p. 2. c. 5. num. 12. Nald. verb. Ordo, n. 28. Bonacina d. puncto 8. n. 17. Molfes. in sum. tract. 3. c. 15. n. 11. Sanctarel. d. n. 49. n. 10. in princ. Homob. d. tract. 2. q. 21. Sanch. d. c. 1. dub. 35. n. 9. Alzedo d. p. 2. c. 5. num. 51. Lezana in sum. quæst. Regul. c. 14. n. 10. † quam quidem Constitutionem habere locum tam in non professis, quam in nulliter professis, censuit Rot. in una Urgellen. Canonatus, 3. Martii 1595. coram Illustr. Blanchetto, quam refert Nicol. Garcia d. c. 5. num. 11. & 12. tenent Sanctarel. d. q. 49. n. 10. in fine, Molfes. d. n. 11. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. p. 2. decis. 283. & in praxi fori Ecclesiast. resol. 270. num. 2. ubi num. 3. cum Majol. de irregul. lib. 4. c. 15. num. 1. resolvit sic † ordinatos Regulares non professos sine titulo in illo Ordine ministrantes effici regulares. Unde Regularis, qui scit suam professionem irritam esse, si ordinetur, peccat mort. & incurrit pœnam, quam seculares clerici incurunt, si ordinentur sine beneficio, aut patrimonio, Portel. in dub. Regular. verb. Ordines sac. num. 8. Diana moral. resol. part. 1. tract. 2. resol. 113. Lezana d. c. 14. n. 10. in fine.

Ab istius tamen Constitutionis decreto Greg. XIII. excepit Patres Societatis Jesu, per suam Bullam, quæ incip. Ascendente, anno 1548. octavo Kalend. Junii, & Gregor. XIV. constituit. incip. Ecclesia Catholica, de anno 1561. quos antea exemerat Paulus IV. à tali obligatione, fortasse quia cognoscebant decreto illo Concilii prædictos Patres ligari, simpliciter licet vota emittant; nihilominus veri dicuntur Religiosi. Ita Henriquez lib. 10. cap. 17. §. 3. Flamin. lib. 2. q. 9. n. 19. Fornar. de Ordine, cap. 8 §. 9. Piafec. in praxi nova Episcop. d. cap. 1. n. 44. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 15. num. 1. & quæst. Regular. tom. 3. q. 23. art. 3. Garcia dict. cap. 5. n. 13. Suarez tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 1. n. 38. Mandol. consil. 13. Sanchez d. dub. 35. n. 9. Marchin. d. tract. 2. part. 6. c. 5. num. 5. Alzedo d. p. 2. cap. 5. n. 52. Lezana d. cap. 14. num. 10. Bonac. d. punct. 8. n. 17. Ugolin. de offic. Episcopi c. 26. §. 8. n. 1. vers. excipiuntur tamen Iesuita, Sanctarel. d. quæst. 49. n. 6. & 11. Valgez tom. 3. in 3. p. disp. 246. num. 62. Torreblanca d. lib. 2. c. 13. n. 20. Molfes. d. cap. 51. n. 12. ubi etiam refert Sixtum V. audita relatione Congreg. sic declarasse: Quoad Iesuitas, cum poss

post Sacerdotium exire non possint, nisi à Superioribus ejiciantur, provideatur illis de redditu 40. aureorum annuorum ex bonis Religionis. Quoad alios qui arbitrio suo exire, quando volunt, possunt, ne detur illis occasio exeundi, ut fruantur illo redditu, vocentur prius, & intelligatur, qua alia via prospici possit, deinde mature deliberandum.

Unde colligitur, quod si contingat è Societate ejici in Sacris jam constitutos, & carentes beneficio, tunc prælati ejusdem Societatis de honesto victu, saltem de redditu 40. aureorum annuorum illis providere debent, donec sufficiens beneficium fuerint consequuti, sicut forsan per dictum Sixti V. decretum advertit Marchin. d. c. 5. n. 5.

Beneficium, patrimonium, vel pensio, ad cujus titulum quis est ordinandus, debet esse tantum, ut sufficiat ad honestè vivendum, ut docet Concilium Trident. sess. 21. de reform. c. 2. quod scilicet sufficiens sit ad honestam, & commodam sustentationem cujuslibet clerici, nec opus est attendere ad qualitatem ordinandi, ut nobilitatem, &c. Nam Concil. & Jus antiquum solum requirit sufficientiam ad honestè vivendum, ita ut non cogatur mendicare. Ita tenet Petr. Ledesin. d. concl. 7. quem refert, & sequitur Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 114. Unde Concil. d. cap. 2. loquitur de beneficio sufficienti ad victum, non autem ad honestè vivendum, ut explicat Flamin. de resign. lib. 5. q. ult. n. 156. & juxta hanc opinionem patrimonia fiunt in Bracharensi Archiepiscopatu, in quo adest Constitutio, ne ad sacros Ordines promovendus sit aliquis, nisi beneficium habeat Ecclesiasticum, vel patrimonium, quorum utrumque valoris sit ducatorum 25. & saltem realiter, & cum effectu possideatur. Et Jacob. de Grass. consil. 4. num. 5. de temporib. ordinat. refert se vidisse in aliquibus locis assignatum patrimonium scutorum 18. alibi 25. alibi 36. At. Marc. Anton. Genuens. in pract. Archiep. Neapol. cap. 81. & Molfes. in sum. tract. 2. cap. 15. n. 6. testantur in urbe Neapol. nullum admitti ad sacros Ordines, nisi assignato prius patrimonio scutorum 36. In Provincia Mediolanensi, ut habetur in Concil. Provinciali, requiritur patrimonium scutorum 50. ut refert Marchin. d. c. tract. 2. part. 6. cap. 7. diff. 2. n. 5. Sed scrupulum maximum movent verba illa Concilii d. c. 2. ibi, quod sibi ad victum honestè sufficiat, & alia similia relata in c. 17. sess. 14. de reform. ibi, quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat; adverbium illud honestè, idem significat, quod decorè, & laudatè, & synonyma censentur vivere decenter, commodè, congruè, competenter, vel honestè, per Doctrinam Decii in c. 2. de Monachis, num. 8. de præbend. ideo Concilio Tridentino, non satsit si ordinandus habeat titulum pro victu, non tamen talem, qui sufficiat ad honestè vivendum; quia tunc diceretur tantum habere titulum ad vivendum simpliciter, absque eo quod honestè, vel decenter viveret; quia inter unum, & alterum vivendi modum maxima consideratur differentia. Vel enim dicemus, vivere commodè vivere cum penuria vel vivere simpliciter, ut ait glos. in cap. 1. verb. absque penuria. de statu Regul. in 6. Quare attendendam esse qualitatem clerici decentem, & honestam, non suam in particulari, videretur probabile, quasi hodierna sustentatio honesta debeat esse respectu clericalis Ordinis, non verò qualitatis in particulari. Et quoniam præscripta certa quantitas non est, & Episcopus ipse arbitrabitur, argum. l. 1. & quæ ibi notantur, de jure delib. Menoch. de arbitr. casu 216. n. 12. Flamin. de resignat. lib. 6. quest. fin. n. 132. & 181. Jacob. de Grass. conf. 4. de temporib. ordin. vol. 1. & de arbitr. confess. lib. 2. c. 49. Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 271. Marchin. d. c. 6. diff. 2. Lodov. Beia respons. casuum Barbol. de Episcop. Pars 11.

conscientia, p. 4. casu 26. fol. mihi 442 Hentiq. in sum. lib. 10. c. 17. §. 3. in commento lit. N. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 2. n. 31. Nicol. Garcia d. c. 5. n. 112. cum seq. Sanch. d. c. 1. dub. 35. n. 7. Acuña in d. c. neminem, n. 12. cum seq. Thom. Valasc. alleg. Juris tom. 1. alleg. 35. Ugolin. d. §. 8. n. 2. Alphons. Narbona d. loco, n. 34. pag. 9. Molfes. in sum. moralis Theolog. tract. 2. cap. 15. n. 6. Nam examen patrimonii ad Episcopum privativè quoad alios pertinet, S. Congreg. Concil. in Placentina 16. Martii 1630. apud me in Collectan. Bullarii, verb. patrimonium.

Episcopus verò, ut rectè arbitretur, congruam summam pro hujusmodi titulo condenti, & necessario, antea complura debet attentè rimari, nempe loci consuetudinem, ut tenent Archidiac. in cap. si Episcopus, n. 3. de præbend. in 6. Gemin. in cap. sicut, num. 7. de suppl. negligentia Prælati. Anchar. in cap. 1. vers. tertio potest quari, sub num. 2. de præbendis in 6. Menoch d. casu 216. n. 14. item qualitatem cujusque ordinandi, per glos. in c. Episcopo, verb. victu 10. q. 2. Caputaq. decis. 6. incip. Beneficium, n. 2. part. 4. Rebuff. in praxi benef. rub. de rescript. in forma pauper. num. 2. licet juxta gradum, & nobilitatem ordinandi non esse assignandum existimet Flamin. d. lib. 5. q. ult. n. 155. Garc. d. loco, num. 114. & 206. Bonac. d. c. punct. 8. num. 20. quin ne tantum sibi, sed suis etiam satis sit, ut per Hoied. de incompatib. benef. part. 1. c. 19. à num. 22. post Sot. Nav. & alios Menoch. d. casu 216. sub n. 13. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 8. ubi exprimit & dicentem beneficii valorem eam pertinere debere summam, quæ clerico sustentando sibi, & suis, quin & pauperibus, ac peregrinis, & advenis hospitio suscipiendis, juribusque Episcopalibus persolvendis sufficiat. O utinam hæc in nostro Lusitanæ Regno servarentur! multi enim ibi ad clericatum non aspirarent, nisi in bonis haberent, quæ sufficerent ad clericalem Ordinem honestè tractandum, & se commodè sustentandum, sed adeò tenuè ibi desideratur patrimonium, ut nulli, quamvis pauperissimo deficiat, & sic pro majori parte ordinati ad titulum patrimonii, egeni, & pauperes sunt; debet enim spectata clericalis status decencia, & ubertate, regionis patrimonii quantitas ab Episcopo definiti; quamvis post definitam patrimonii quantitatem in modico deficiat, Sanchez in opus. ul. moral. tom. 2. lib. 1. cap. 1. dub. 75. n. 8. Antonius Diana moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 72.

Si verò sufficienti titulo beneficii quis careter, haberet tamen tantundem patrimonii, quod beneficio adjunctum sufficientem constitueret titulum, permittendus est ad sacros Ordines promoveri: ita Prosper de Augustino, & Quaranta in summa Bullarii, verb. Ordo, vers. circa 2. Molfes. in sum. Theol. moral. tract. 2. c. 15. num. 7. Ugolin. de potestate Episcopi c. 26. §. 3. in fine, & §. 8. n. 2. Zerola in praxi Episcop. part. 1. s. verb. dimissoria, vers. 2. Armend. d. loco, n. 16. in princ. Bonac. d. disp. 3. q. 1. punct. 3. n. 21. Secus si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti jungantur pectunia, elemosynæ, anniversaria, & alia emolumenta, quæ ex celebratione Missarum in exercitio sacrorum Ordinum (si ad eos promoveantur) percipere, & lucrari possint, quæ omnia ad victum honestè sufficientiant, tunc non posse promoveri referunt decisum Garc. d. cap. 5. num. 126. Armend. d. lib. num. 16. princ. ubi n. 17. dicit pariter resolutum, minimè posse promoveri, etiam si Episcopus obliget se supplementum, quod ad alimenta sufficiat quovis habeat unde se sustentare possit. In summa, cum clericorum penuria adest, posse Episcopum ob necessitatem Ecclesie ordinare ad Subdiaconatum suos clericos cum assignatione perpetua fructuum aliquorum bonorum, quorum fructus sufficientiant ad sustentationem,

- refert decisum Armendar. dicto loco, n. 30. vide infra num. 73.
- 15 Circa titulum ordinandi edocet Concil. d. c. 2. ut pacificè possideatur, quamobrem litigiosus titulus repelleret ordinandum, Navar. in tract. de orat. notab. 23.
- 16 n. 69. † Ille verò dicitur pacificus possessor, qui nullam patitur Juris, vel facti controversiam in iudicio, vel extra, Felin. in cap. cum Ioannes, n. 33. de fide instrum. Zabarel. in Clem. gratia, q. 13, n. 8. de rescript. Decian. in c. 1. n. 19. & 20. de confirmat. utili, atque idè, ut unico verbo complectar, is erit qui sine lite possidet; nam text. utentem hoc verbo, pacificè, Rebuff. exponit, & dicit: hoc est, sine lite, in tract. de pacificis possess. num. mihi 1065. vers. quandoque, Guido Papæ decis. 85. incip. Curia: glos. in Clem. unica, verb. antea, de sequestrat. possess. & fruct.
- 17 Litigiosum ergo beneficium fit, & non pacificè possessum, citatione, si ipse iudex, & reus facti sint certi de re ipsa, pro qua conveniantur. Ita Mynfinger. cent. 4. observat. 26. Matth. Coler. de processibus execut. p. 3. c. 11. n. 19. Gail. lib. 1. observat. 74. Carinal. Put. decis. 329. lib. 3. Viv. decis. 459. num. 5. cum seqq. Lancel. de attentatis, p. 2. c. 4. in prafat. n. 3. & Steph. Gratian. discept. forens. c. 2. n. 34. & 35. Cabed. Lusitan. decis. 15. n. 11. cum sequentib. p. 2. Cald. Pereira de empt. cap. 9. n. 18. † Si tamen circumducta sit, non efficit litem pendentiā, teste Afflict. decis. 366. incip. In pleno concilio, num. 14. & in constitutionibus Regni si quem nostrorum, num. 4. Carav. ritu 121 post n. 1. nec si lis cum falso procuratore contrahatur, Ozasc. Pedem. decis. 144. Lis autem nulla dicitur, cum non adest iurisdicatio, Veral. decis. 7. p. 3. & dicitur beneficium litigiosum quando quis petit beneficium ut suum, Rota decis. 366. n. 2. part. 1. recentiss. in posthum ubi etiam habetur beneficium dici litigiosum, quando lis fuit super titulo beneficii, & quod dicitur esse super titulo beneficii, si causa sit commissa cum clausquam & quas, &c. & decis. 337. num. 1. cum seqq. & decis. 343. à n. 4. p. 2. etiam recentissim. ubi quod beneficium dicitur litigiosum per commissionem super titulo, & in petitorio, & per citationem ad dicendum contra commissionem, nisi lis per calumniam mota fuerit.
- 19 Litigiosa etiam dicitur res, quoties de ejus dominio controversatur in iudicio, non tamen constituit ipsam proprietatem litigiosam in possessione, † quia lis super possessione non facit ipsam rem litigiosam, sed jus possessionis, glos. 1. in cap. 1. de confirmat. utili, ubi Decian. num. 3. & 4. Butt. n. 4. & Abb. num. 5. Rot. Bonon. decis. 48. num. 5. cum sequentib. Ozasc. decis. 144. Cacheran. decis. 143. n. 10. Joseph. Ludov. Perusina decis. 68. num. 9. Rebuff. in tract. de pacificis possorib. n. 166. Menoch. de arbitr. casu 202. num. 28. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 3. num. 52. cum sequentib. Sed ego ipse non propterea inclinarem posse aliquem sacris Ordinibus donari ad titulum alicujus rei super cujus possessione mota fuit quæstio judicialis, cum certum sit primo possessorium, deinde petitorium esse decidendum, juxta c. significaverunt, de testibus.
- 21 Ille verò, cujus lis mota fuerit super aliquo prædio, domo, censu, aut redditu sui beneficii, utique pacificus dicitur possessor, ex Rebuff. in tract. de pacificis possessor. n. 168. ad instar illius, qui beneficium detinens, ejusque liberum habens curæ exercitium, aliquam tamen fructuum portionem non percipit, dummodo majoris partis possessionem habeat, juxta glos. verb. pacificè, in Clement. gratia, de rescript. & glos. in cap. commissa, de elect. lib. 6. Dec. in c. 1. n. 21. de confirm. utili. Zabarel. in Clement. ut is qui, §. illi verò, num. 9. de atate & qualit. quamobrem licere huic suscipere ordines ad titulum dicti beneficii constat ex glos. verb.

pacificam, in d. c. commissa, & ex glos. fin. in c. si tibi concesso, de prabendis in 6. dum firmant † arctari ad promotionem infra annum, qui curatæ Ecclesiæ plenum detinet exercitium, tamen nondum liberam possessionem, ac pacificam majoris partis fructuum adeptus sit; quod etiam tradunt Franc. in d. cap. si tibi concesso, vers. & nota, sub n. 5. ubi Gemin. vers. nota istam glos. sub n. 7.

Beneficii sub vocabulo quid comprehendatur in materia de qua agitur?

Cum supra dixerim, oportere ordinandum habere titulum consistentem vel in beneficio, vel in patrimonio, ac talem esse, qui sufficit honesto victui, ipsumque pacificè ille possideat, restat modò ostendere, quæ beneficii nomine contineantur. Et idè incipiendo dico ad titulum coadjutoria cum futura successione posse quem promoveri, ut per Navar. in tractat. de orat. cap. 20 num. 8. Salzed. ad Bernard. cap. 18. n. 7. Moneta de optione, cap. 4. quest. 8. n. 169. Acosta de Andrada ad Bullam Cruciatam, q. 75. Ugolin. de officio Episcopi c. 29. n. 8. Narbona citato loco, n. 65. pag. 12. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 35. num. 4. Bonacin. dict. quest. 1. punct. 8. num. 12. Gonzal. ad reg. 8. Cancellaria. glos. 5. §. 9. num. 6. ubi intelligit, si ratione illius habeat congruam sustentationem, quem sic interpretatur Garcia de beneficiis part. 2. cap. 5. n. 132. & requiritur quod sit perpetua, ut per Petr. Ledelm. in sum. p. 1. de sacram. Ordinis, cap. 7. cont. 1. dub. 2.

Sic etiam praxis admittit quem promoveri posse ad titulum beneficii consistentis in distributionibus quotidianis, quæ licet non computentur in valorem beneficiorum, nec fructuum appellatione veniant, Rota decis. 134. alias 8. de prabend. in novis, & decis. 766 alias 39. in antiq. in hoc tamen casu prædictæ distributiones utique in valorem computantur, cum satis sit beneficiatum illarum causâ non laborare inopiâ, ita Campanil. dict. rub. 8. cap. 5. n. 29. Marchin. dicto tract. 21 part. 6. c. 6. diff. 5. n. 19.

Ad titulum verò Vicariæ temporalis, & aliorum similium beneficiorum, seu Capellaniarum amovibilem, nemo potest ordinari, quia Vicarius temporalis titulum habere non censetur, ex textu in cap. constitutus, ubi Abb. num. 5. de filiis Presbyter. ita tenet Maiol. de irregular. lib. 4. cap. 15 num. 3. Campanil. in divers. Juris Canonici, rub. 8. cap. 4. n. 8. in fine, Azof. d. p. 2. lib. 3. c. 6. q. 5. & 6. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepiscopalis, decis. 190. p. 2. & Henriq. d. cap. 17. §. 3. lit. Q. Narbona d. loco, n. 168. pag. 13. Bonac. d. puncto 8. numer. 24. Salzed. ad Bernardum, cap. 18. num. 8. vers. ea ratione vicaria temporalis, Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 6. n. 2. Sanch. d. dub. 35. num. 5. Gonzal. d. gloss. 5. §. 3. num. 42. Læl. Zech. de republ. Eccles. c. de clericis, sub n. 7. Fr. Emman. in sum. p. 2. c. 15. n. 12. Marchin. d. tract. 2. p. 6. c. 6. diff. 5. num. 28. Zetol. in praxi Episc. p. 2. verb. dimissoria, sub §. 9. Marc. Anton. Genuens. in pract. Archiep. Neapol. c. 81. n. 2. D. Acuña ad princ. dist. 71. n. 8. & 9. Nicol. Garcia d. p. 1. c. 2. n. 83. Si verò de facto ordinetur, ab ipsa Vicaria temporali amoveri non poterit, nisi habita alia provisione, ut ex Flamin. d. q. 4. num. 86. tenet Piassec. in praxi Episc. p. 1. cap. 1. num. 45. in fine, quod in pœnam factum iudico, cum aliàs non possit prædecessor Episcopus assignare officium quod est temporale & removibile in perpetuum Presbytero ordinato, & eo modo prædictam officium facere perpetuum, juxta resoluta per Molin. de primogen. lib. 1. cap. 25. à n. 17. Gonzal. Mendez de Vasconzel divers. juris argumentor. lib. 4. c. 8. n. 8. & 9. Narbona loco proximè citato, optimè Aloyf. Ricc.

in praxi fori Ecclesiastici decis. 396. in 1. edit. & resolu-
tur 334. n. 3. in 2. edit. ubi asserit, quod si quis de
facto ordinetur sacris Ordinibus ad titulum Capel-
lanie ad nutum amovibilis, non ex hoc mutatur ejus
natura, seu qualitas, maximè, si id fiat sine expresso
patroni consensu, & citat Nicolaum Garc. de benef.
p. 1. cap. 2. n. 91. & 112.

Patrimonii ad titulum potest quis promoveri, si de-
tur in perpetuum, secus si ad tempus. Ugolin. de officio
Episcopi cap. 26 §. 8. n. 3. in fine. Marchin. d. p. 6. c. 6.
diffi. 5. n. 22. Hujusmodi etiam prælimonia inter Ec-
clesiastica beneficia commemorantur, ut diximus al-
leg 4. n. 49. Sic etiam potest quis promoveri ad titu-
lum pensionis perpetuæ, & ad victum sufficientis, ut
infra dicetur n. 74.

26 Unde non poterit quis ordinari ad titulum servi-
tium in aliqua Ecclesia, cui adscribatur, nisi tale servi-
tium sit perpetuum, & non dependens à voluntate E-
piscoporum; & ita intelligendi sunt Doctores, qui
de hoc agunt, prout sunt Zerol. in praxi Episcopali,
part. 1. verb. dimissoria, §. 5. dub. 1. Marc. Anton. Ge-
nuens. in praxi Archiepiscopali Neapol. cap. 81. sub
n. 2. Flamin. dict. quest. 6. n. 33. Vilar. del Patronato
de Calatayud. part. 4 §. 2. num. 22. Campanil. part. 4.
num. 14. Neque Breve Sixti V. Patriarchæ Venetia-
rum concessum, quod adducit Campanil. ubi proximè
aliud comprobatur, quia est gratia specialis: quare ita
resolvit Ugolin. de potestate Episcopi cap. 26 §. 8. n. 6.
ubi refert Episcopum tantum posse ad titulum servi-
tium in Ecclesia aliquem ordinare, concurrentibus
27 quatuor. 1. Primum, ut interveniat consensus Re-
ctoris ejus Ecclesiæ. Secundum licentia, ac consensus
Romani Pontificis, & hoc ad successorem. Tertium,
ut ex servitio Missarum, & divinarum Officiorum,
& elemosynis à fidelibus elargiendis, habeat unde
se sustentet. Quartum, ut ne inde amoveatur
vel discedat, nisi de beneficio competenter, aut pen-
sione provisum fuerit, vel ob delicta remotus. Unde
benè Quarant. verb. Ordo, vers. secundò extende.
Zerol. verb. dimissoria §. 5. dub. 2. Nicol. Garcia
d. cap. 5. n. 125. resolvunt non posse quem sacris Or-
dibus initiari ad titulum patrimonii, vel beneficii
de se ad victum insufficientis, quod postea sufficiens
redditur ob elemosynas, & Missarum, vel anniver-
sationum stipendia quæ in dies occurrunt, quia hæc
omnia sunt incerta, & non firma, & perpetua. Hinc
etiam Marc. Anton. Genuens. in dict. praxi, c. 83.
num. 9. Jul. Cæs. Madius de sacris Ordin. c. 5. n. 20.
merito tenent, quod posset fortè quis ordinari ad
titulum beneficii habentis redditus incertos, & casua-
les defunctorum, & anniversariorum, si commu-
niter ad certam summam pro victu sufficientem re-
digantur.

28 Nec etiam poterit quis promoveri ad titulum de
futuro, & in spe etiam certa, puta ad beneficium
quod quis expectat, seu ad quod est præsentatus, no-
minatus, vel postulatus, cum Concil. clarè requirat
titulum de præseni habitum, & possessionem. Ita
Salzed. ad Bernard. cap. 18. n. 6. Fr. Emman. in sum.
tom. 2. c. 15. n. 10. Ugolin. d. §. 8. n. 3. in fine, Petrus
de Ledesma in sum part. 1. de sacram. Ordinis, cap. 7.
post. 8. concl. Nicol. Garcia dict. cap. 5. n. 130. Azor.
instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 4. q. 9. Ugolin. d. cap. 26.
§. 8. n. 3. Alphons. de Narbona d. loco, num. 64. pag. 13.
San. h. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 24. n. 5. & dub. 35.
n. 2. Marchin. d. tract. 2. p. 6. cap. 6. diffi. ... D. Acuña
in d. c. neminem, dist. 70. n. 13. Quamvis contrarium,
nempe posse quem promoveri non solum ad titu-
lum beneficii jam quæsitum, sed etiam quærendum, ex
gloss. magna circa medium, in cap. Osus, 61. dist. te-
neat Majol. de irregul. lib. 4. cap. 15. n. 3. Sayr. de
censur. lib. 4. d. 14. n. 19. Campanil. d. c. 4. n. 10.
Barbol. de Episcop. Pars I I.

Poterit tamen quis promoveri ad sacros Subdiaco-
natus, & Diaconatus Ordines, ad titulum beneficii,
non obstante, quod non lucretur illius fructus nisi
post susceptum Presbyteratus Ordinem, ut decisum
referunt Garcia dict. part. 2. c. 5. n. 110. Armendar. in
addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 2. tit. 8. lege 1.
de patrimonio clericor. num. 11. Marcel Vulpe cap. 8.
num. 1.

30 Obtinens Capellaniam in Capella Papæ, licet sit
ad nutum amovibilis, potest ad illius titulum ordi-
nari, prout resolvunt Navar. conf. 20. de tempor. or-
dinat. Sayr. decis. 50. eodem tit. quos refert, & sequi-
tur Aloyf. Rice. in praxi fori Ecclesiast. resolut. 334
in fine.

31 Cooptatus in Collegium Seminarii, non potest
ordinari ad titulum Seminarii, nisi ob causam inter-
veniendi beneficio, quod forsitan esset Seminario in-
junctum: poterit verò ordinari sub certa assignatio-
ne fructuum in Seminario facta causâ interveniendi
beneficio juncto Seminario, ut interserviat donec sibi
provisum fuerit de congrua sustentatione; ita refe-
runt decisum Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb.
Seminarium, §. 6. Læ. Zech. de repub. Ecclesiastica,
rub. de clericis, sub n. 7. vers. 84. Salzed. ad Bernard.
cap. 18. num. 9. Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 6.
num. 32. Galet. in margarita casuum conscientia, verb.
Ordo, penult. Piafec. d. p. 1. cap. 1. num. 28. Marchin.
d. p. 6. diffi. 5. num. 33. Alzedo d. p. 2. cap. 5. num. 56.
Armend. ubi supra, n. 9. & 10. Marc. Anton. Genuens.
in praxi Archiepiscopali, cap. 81. sub n. 2. Garcia
dict. part. 2. cap. 5. num. 104. ubi in additionibus re-
fert declar. de Gregorium X I I I. clericos Seminarii
non posse promoveri ad aliquem Ordinem sacrum
ad titulum ipsius Seminarii, nisi pro servitio benefi-
cii Seminario uniti, & tunc cum assignatione certi
annui redditus, unde sic promotus vivere possit; quæ
tamen assignatio cessat postquam ille aliunde se æquè
sustentare poterit. Hinc forsitan Sanchez d. lib. 7. c. 1.
dub. 45. num. 10. reprobat Cordub. in sum. quest. 36.
minus benè tenentem, collegialem ex aliquo colle-
gio majori Salmanticensi, aut Complutensi, qui
ad aliquem recipiendum gradum Doctoratus suos
actus cum satisfactione defendit, posse ad titulum
illorum sacris ordinari absque beneficio, vel patri-
monio.

32 Justè profecto Trident. Synod. d. c. 2. sancivit, ne
beneficium, ad cuius titulum quisquam promotus fuerit,
ipse resignare valeat, nisi facta mentione, quod fuerit,
ad illius titulum promotus, quo quidem casu minimè
tunc erit admittenda ista resignatio, nisi consilio, quod
aliunde vivere commodè possit renuntians, & aliter fa-
cta nulla sit, juxta clausulam illam annullativam
Concilii in d. cap. 2. ibi, si aliter fiat renuntiatio, irrita
erit, ex quo text. sic resolvunt Flamin. de resign. lib. 2.
q. 6. n. 36. subjungens ita fuisse resolutum per Rot.
Rom. in una Salmantina coram D. Orano de mense
Maii anno 1588. Aloyf. Rice. in praxi fori Ecclesia-
stici decis. 314. n. 1 in edit. & resolut. 272. n. 1. in fine,
& num. 2. in 2. edit. Ugolin. de officio Episcopi cap. 14.
§. 3. & cap. 26 §. 8. n. 4. Stephan. Gratian. discept.
forens. cap. 991. Valenzuela conf. 12. num. 21. tom. 1.
Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 38. num. 1.
ubi subdit, quod si fiat renuntiatio beneficii non fa-
cta mentione quod ad illius titulum est ordinatus, &
habet aliunde unde viveret, non est valida in foro
conscientiæ: Rota coram Gregor. X V. decis. 447.
num. 1. & ibi Beltramin. num. 9. Nicol. Garcia dict.
cap. 5. num. 217. ubi num. 214. quod est nulla etiam
in foro conscientiæ, Campanil. dict. rub. 8. cap. 6.
num. 2. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de sacram. Ord-
inis. c. 7. concl. 10. Marchin. diffi. 7. d. loco, Armend.
ubi supra, num. 21. ubi num. 22. cum Garcia n. 197. at-
que

que aliis decisum refert pro forma traditum esse, ut resignans teneatur facere mentionem, se ad titulum illius fuisse promotum, aded quod per æquipollens adimpleri non possit: quod etiam tradit Masfobr. *in praxi habendi concursus, reg. 5. dub. 1. n. 45.* Unde
 33 † resignatione de tali beneficio facta, non habita mentione, quod in illud fuit promotus, ultra quam quod sit nulla, ut supra ostensum est, resignanti competit actio spoli, ut fuisse declaratum à sacra Congregatione, & decisum in Rota coram Illustrissimo Domino meo Cardin. Millino, 19. Novembris 1602. in Aretina Plebis, referunt Garc. d. c. 5. n. 438. Piafec. *in praxi nova Episcop. lib. 1. c. 1. n. 44. vers. ampliari possit, pag. 53.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 10. n. 35.* latè Gratian. *disc. forens. tom. 5. c. 99. 1.* Burat. *decis. 810 n. 13.* quia cum resignatio non teneat, jus non abdicatur à resignante, ut dicit Garcia d. c. 5. n. 225. & in hac materia est bona sacræ Rotæ Rom. *decisio in Leodiensi Canonatus S. Joannis, 28. Junii 1621.* coram R. P. D. Remboldo, tenoris sequentis.

34 Domini dixerunt Canonatum esse adjudicandum Theodoro, quia ipse fuit de eo provilus per obitum Balduini à Serenissimo Electore Colonensi, vigore Indulti amplissimi, quod habet à Sede Apostolica.

Nec obstat quod dicitur, dictum Canonatum vacasse per resignationem dicti Balduini ad favorem Ægidii, & non per ipsius obitum, dicta resignatio fuit nulla, idè que nec jus, quod prius habebat, fuit ab eo mediante dicta resignatione abdicatum, sed vacavit per mortem. Caputaq. *decis. 215 p. 2.* Cardin. Seraph. *decis. 1498. n. 8.*

Quod autem resignatio fuerit nulla, patet, quia fuit facta contra formam Concilii Tridentini c. 2. de reform. *sess. 21.* ex quo non fuit in ea expressum, quod Balduinus esset promotus ad titulum dicti Canonatus, prout in dicto Concilio expressè disponitur: & quod hoc casu resignatio sit nulla, tradunt Paris. *de resignat. lib. 2. q. 6. n. 36. & 39.* Garz. *de benef. c. 5. n. 192. & seq. & Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 10. n. 5.* & tenuit Rota in Aretina Plebis, coram Illustrissimo Cardinale Millino, relata per eundem Garz. *dist. c. 5. part. 2. num. 438.*

35 Nec obstat quod dictum sacrum Concilium decrevit, quod dicta mentio fieret in resignatione ad effectum tantum, ne clericus in opprobrium Ordinis clericali mendicare cogatur; & cum huic inconvenienti satis fuerit provisum mediante clausula, *Constituto quod resignans habeat aliunde*, &c. in dicta resignatione apposita, videtur dictam resignationem ob defectum dictæ expressionis non posse dici nullam, eo quod forma potest adimpleri per æquipollens, quando habetur effectus à lege desideratus: quia fuit responsum, quod dictum Concilium, ut pinguius provideret, ne clerici ullo tempore in mendicitatem inciderent, non solum disposuit, quod resignationes non admitterentur, nisi constituto quod resignans haberet aliunde unde commodè vivere posset; sed ulterius decrevit, quod in resignationibus mentio fieret, quod resignans fuerit promotus ad titulum beneficii, quod resignat, ad hoc ut vinculetur ab eo à quo resignatio erat admittenda; si ita videretur, patrimonium resignantis, quod aliàs potuisset distrahere; perinde atque fuisset vinculum, si ad titulum illius fuisset ordinatus; unde non potest dici quod mediante dicta clausula, *Constituto*, &c. fuerit intentioni dicti Concilii satisfactum, quia ex duobus requisitis non sufficit alterum adimplevisse, l. cum hi, §. si Prator, & ibi gloss. ff. de transact. l. si heredi plures, ff. de condit. institut. Dec. *consil. 433. n. 6.* Sarnens. *in reg. de public. resignat. q. 8. n. 2.* Plur. *decis. 193. lib. 1.*

36 Et imò † cum dictum Concilium ulterius etiam pro-

cedendo annullet resignationes aliter factas, sicque contineat decretum irritans, non potuisset forma ab eo tradita per æquipollens adimpleri, sed debebat servari ad unguem. Aldobr. *conf. 92. num. 27. lib. 1.* cum aliis per Marefcot. *var. resolut. lib. 2. cap. 38. n. 10.* & in terminis dicti Concilii, quod non possit adimpleri per æquipollens, firmat ex sententia sacra Congregationis Illustrissimorum Sacri Concilii Interpretum, quam refert ad extensum Garc. loco proxime citato, n. 193. Gonzal. *ubi supra n. 15.* & fuit dictum in dicta Aretina Plebis, coram Illustrissim. Cardinale Millino.

Non obstat quod Concilium non comprehendit resignationes factas in manibus Papæ, quia hoc esset nimis restringere dispositionem dicti Concilii, quod loquitur generaliter de omnibus resignationibus, & propterea generaliter intelligi debet, maxime cum eadem ratio militet in omnibus, nec subsit causa dictæ restrictivæ, & quod locum habeat etiam in resignationibus factis coram Papa firmat, Garz. *ubi supra, num. 193.*

Non obstat quod Constitutio Pii V. solum mandat apponi clausulam *Constituto*, &c. quia non est correctoria decreti dicti Sacri Concilii, nec loquitur de beneficiis, ad quorum titulum resignans est promotus.

Non obstat quod Papa in genere cogitare poterit, quod resignans esset promotus ad titulum beneficii, quod resignat, quia Concilium, ut dictum est, requirit pro forma, quod fiat expressio dictæ qualitatis; unde illa servari debet, ex allegatis. Ultra quod Papa potuit etiam cogitare, quod resignans non esset promotus ad titulum illius beneficii, eo ipso quod sibi hoc non fuit expressum.

Non obstat quod saltem Canonatus remansit Sedi Apostolicæ affectus per appositionem manus Pontificis, quia dicta affectio per appositionem manus non intrat quando resignatio est nulla, & per consequens beneficium vacat per obitum, & non per resignationem, Achil. *decis. 24. de restitut. spoliar. Rot. decis. 24. sub n. 1. ut lit. pendent. in nov. & 419. part. 1. divers. & decis. 570. n. 8. vers. vel diversa eveniat, p. 1. in recent.*

Non obstat quod etiam si resignatio sit nulla, tamen locus est affectioni, quando talis nullitas provenit culpâ resignantis. Garz. *d. tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 2. n. 170.* quia hoc procedit quando resignans est in culpa, quominus resignatio sortiatur effectum ob non implementum conditionis; nam tunc dicta conditio habetur pro impleta in præjudicium resignantis, & per consequens abdicatur Ius à resignante, & beneficium vacat in Curia, remanetque effectum, & reservatum; secus est, quando resignatio fuit nulla de per se, & ex alia causa, quàm ob non implementum: tunc enim per huiusmodi resignationem non abdicatur jus à resignante, & bene, per eundem Garc. *part. 1. cap. 3. n. 217.* ut exemplum adducit in resignatione simoniaca, per quam non abdicatur jus à resignante, etiam quod sit pura, & per consequens nec beneficium vacat, nec illud remanet affectum, quia Papa non voluit providere, nisi in eventum in quem vecaret per resignationem, & affectio non porrigitur ad vacationem diversam, ut in d. *decis. 570. n. 8. p. 1. in recent.*

Unde cum in casu de quo agitur, resignatio non fuerit nulla ob non adimplementum, sed quia non fuit in ea servata forma Concilii, meritò non fuit jus abdicatum à resignante, & per consequens Canonatus vacavit per obitum, & non per resignationem, neque, ut dictum est, remansit affectus, ex allegatis. Hactenus dicta decisio Rotæ.

In minoribus Ordinibus constitutus non ligatur dispositione

dispositione text. in d. cap. 2. imò potest beneficium resignare, etiamsi non habeat aliunde, quo vivere possit. Ita Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 35. n. ult. Hermosil. ad Greg. Lop. l. 15. gloss. 1. n. 104. tit. 5. par. 5. Flamin. d. quest. 6. n. 178. Ugolin. d. cap. 26. §. 8. n. 4. vers. postremò, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. c. 20. q. 7. Fr. Emman. tom. 2. c. 15. n. ult. Stephan. Gratian. dist. c. 159. à num. 9. Ceval. q. 561. n. 26. Garcia d. c. 5. num. 203. Paul. Comit. respons. moral. lib. 6. q. 34. num. 4. † In Sacris verò constitutus non potest ullo modo beneficium resignare, etiamsi ad illius titulum non fuerit promotus, nisi aliunde habeat unde commodè vivere possit, ut sancivit Pius V. in Const. quæ incip. *Quanta Ecclesia Dei*, ibi: *Sed nec horum ullus sacro Ordine mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat ullo modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commodè sustentari*: quæ constitutio licet loquatur de resignationibus factis coram Ordinario, habet tamen locum etiam in Curia, quia militat eadem ratio in proposito, prout de stylo Curia servari testantur Flamin. de resignat. benef. lib. 3. q. 14. n. 3. & lib. 5. quest. ult. n. 176. Nicol. Garcia dist. cap. 5. n. 298. quos refert, & sequitur Aloys. Ricc. dist. resolut. 272. in fine. † In qua quidem Curia non admittitur resignatio alicujus in Sacris constituti, nisi cum clausula, quod resignans aliunde habeat unde commodè vivere possit, quæ clausula intelligitur de illa necessaria sustentatione, quæ sine penuria sufficit; inspecta qualitate personæ, & loci, ut fuisse in Rota resolutum dicit Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 207. & 208. & in hoc plurimum tribuitur iudicis arbitrio, qui considerata qualitate personarum, locorum, & temporis iudicabit, ut per Ceval. communium contra commun. q. 561. à num. 27. Menoch. de arbitr. casu 216. n. 12. & 13. Steph. Gratian. d. c. 159. n. 15. Ex quibus,

41 Primò colligo, renunciationem beneficii, ad cuius titulum quis Sacris fuit ordinatus, factam etiam cum pensione sufficienti ad congruam sustentationem, non valere, nisi facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus; quia id traditum est pro fama, & indistinctè annullatur resignatio aliter facta: ita decisum esse tenet Garcia d. p. 2. cap. 5. n. 515. & refert etiam additio ad Navar. conf. 4. de renunt. sequuntur Ugolin. de potestate Episcopi, cap. 26. §. 8. num. 4. & Homobon. d. tract. 2. c. 2. q. 23. in fine, & tenuit Rota in d. Leodiensi. Quamvis contrarium, imò talem valere renunciationem, existimaverint minus bene Navar. d. consil. 4. de renunt. in novis, Flamin. d. lib. 2. q. 7. n. 41. Fr. Emman. tom. 2. sum. c. 15. n. 12. Campan. d. c. 6. n. 6. novissimè Marchin. d. p. 6. cap. 6. diff. 7. n. 40. ex ea scilicet ratione, quia tunc cessat finalis ratio, videlicet dedecus clericalis, propter quam constat eo in textu Concilium vetuisse resignationem beneficii assignati in titulum; cessante enim causa finali, debet cessare & effectus, sicuti aliorum ductus auctoritatis firmavit Tiraquel. in tract. cessante causa, limit. 1. n. 1. & alii plures relati per me axiom. 40. num. 4. sed huic objectioni satis responsum est supra in dicta Rota decis. n. 35.

43 Secundò colligo, procedere in permutatione, quæ nulla est, non facta mentione, quod ad titulum beneficii permutati fuit sacris Ordinatus, ex verbis Concil. d. cap. 2. ibi, *id verò beneficium resignare non possit*; resignationis enim nomen simpliciter prolatum, complectitur illam quoque ex causa permutationis factam. Rebuff. super reg. de infirmis resign. gloss. 4. n. 1. & 5. cum aliis per me adductis de appellativa verbor. appell. 237. ac propterea regulam præcitaram de infirmis resignantibus, & decedentibus infra viginti dies numerandos à præstito consensu, ut invalidus sit actus, habere etiam locum si ex causa

permutationis fecerit, ut demonstrant verba dictæ regulæ, & succurrit ratio; quia qui permutat, resignat; nam duo actus considerantur in permutatione, videlicet renunciatio, & permutatio, ut inquit Boët decis. 2. n. 16. Ita tenent, ac decisum referunt Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. part. 1. decis. 17. n. 2. ubi quod permutans beneficium ad cuius titulum fuit ordinatus, tutus erit in foro conscientia, si illud quod de novo habuit, est æquivalens, Gonzal. ad reg. 9. Cancel. gloss. 5 § 10. à num. 34. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 150 num. 3. Rota Romana apud Farin. decis. 614. in noviss. Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 218. & quod dispositio Concilii habeat locum in permutatione, prout Sacram Congreg. declarasse 18. Julii 1602. ait Stephan. Gratian. d. c. 159. n. 3. & in addit. ad decis. 189. per quam etiam dictum fuisse refert d. n. 3. quod † permutans tacendo ordinationem, ac titulum, tutus est in foro conscientia, si illud quod habuit in causa permutationis, erat æquivalens, de quo etiam testatur Armendar. ubi supra, n. 3. 1. Hinc non immeritò limitant supra positam resolutionem quando permutans consequitur validè possessionem pacificam alicujus beneficii sufficientis ad congruam, cum Rota in Mutinen. Canonicatus, 4. Decembr. 1609. coram Gregor. XV. decis. 441. n. 3. Ugolin. d. cap. 26. §. 8. n. 4. vers. secundò excipitur, Mallob. d. requis. 5. dub. 1. num. 45. Coccin. decis. 317. Buratt. decis. 830 num. 14.

Tertiò, colligo, non procedere in privationibus, & renunciationibus inductis à jure, cum sub dict. cap. 2. comprehendantur tantum resignationes voluntariae, prout decisum refert Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 219. & seq. Si tamen veniat privandus per sententiam beneficio, ad cuius titulum fuit ordinatus, est illi aliquid derelinquendum, unde se aliat prout bene resolvit Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 18. p. 1. Unde sacra Congr. Conc. sub die 5. Febr. 1604. cujus memini in collect. Bullar. verb. Patrimonium, censuit patrimonium clerici, ad cuius titulum fuit quis ad sacros Ordines promotus, non posse capi in executionem ob illata vulnera alicui, ad reficiendas curationis expensas à Judice condemnati, etiamsi nihil aliud præterea possideat.

46 Quartò colligo, quod jurans resignare beneficium ad cuius titulum fuit promotus, vel procuratorem constituit ad resignandum, & juravit non revocare, nondum compelli minimè poterit, ut cum effectu renuntiet, verum etiam procuratorem revocare valebit, præmissa tamen absolutione à juramento; cuius quippe absolutionis impetratio accedere debet, ut peccatum vitetur, non autem ad validandum actum revocationis, cum circa absolutionem sit etiam valida revocatio. Ita decisum referunt Flamin. dist. q. 6. n. 43. Nicol. Garcia d. c. 5. n. 232. in 2. declar. Armendar. d. loco, num. 29. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 22. q. 6. Ugolin. d. cap. 26. §. 8. sub num. 4. Campanil. dist. cap. 6. num. 4. Aloys. Ricc. in præxi fori Eccles. resol. 272. num. 2. Marchin. dist. part. 6. cap. 6. diff. 7. n. 39.

Beneficium igitur, ad cuius titulum est facta promotio, si resignare velit ordinatus, tenetur exprimere ad illius titulum assumpsisse Ordines, ut ostentum est: qua declaratione facta caveat Superior, ne ipsum admittat, nisi antea sibi constiterit illum habere unde possit commodè sustentari, quo non perquisito, si acceptavit illam non dubitatur validam esse, sed ipse tenebitur eidem ministrare alimenta, eo quod non caret culpa, & ita sæpe decisum fuisse ipsas declarationes afferentes, referunt Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 6. post n. 41. Aloys. Ricc. dist. resolut. 272. n. 2. Campan. dist. cap. 6. num. 3. Marchin. d. p. 6. c. 6. diff. 8.

- 48 Quintò colligo fructus beneficii, ad cuius titulum fuit quis promotus, non posse hypothecari, nec obligari, quia ille, qui non potest bona alienare, nec etiam potest ea hypothecare, seu obligare, *argum. l. ult. C. de rebus alienis non alien. & quæ tradunt Pinel. in l. 1. C. de bonis mat. part. 3. num. 19. D. Barbosa in l. 1. p. 3. n. 39. ff. soluto mat. Rebello de obligat. just. p. 2. lib. 6. quest. 3. n. 15. †* Tanta est enim decoris clericalis vis, & auctoritas, ut fructus beneficii obligare ex conventionem non liceat, nec etiam in subsidium aliorum bonorum in causam iudicati capere & in illis executionem fieri si clericus egeat, ac petitam summam, qua se alit, excusare non possit, Abb. in cap. cum olim, §. secundo, n. 5. de restit. spol. Franch. in cap. reprehensibilis, post n. 21. de appellat. Jal. in l. commodatis, post n. 1. ff. de re iudic. Gail. lib. 1. observat. 117. n. 9. † Si enim miles, qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus, eatenus quatenus facere potest, solvere cogitur, ex l. miles, ff. de re iudic. & sic clerici, juxta gloss. 2. in fine, in d. l. miles, cum militibus assimilentur in cap. 2. de pœnis, lib. 6.
- 50 † Et ideo clericus, qui juravit se Titio soluturum mille, cum pervenerit ad pinguiorem fortunam, & postmodum Episcopalem adeptus sit dignitatem, non tenetur jam dictam persolvere summam de fructibus Episcopatus, ut consuluit Bald. consil. 208. incip. Super predicto, vol. 2.

Patrimonii sub vocabulo quid veniat in presenti materia?

- 52 Patrimonii vocabulo in hac re intelligitur, non solum quicquid ex patris bonis filio obvenit, verum etiam omne id quod aliunde hæreditate scilicet, vel donatione, & quavis ex causa illi delatum est, ex ea ratione, quia satisficit intentioni Canonum, & Concilii, undecumque habeat victum, ne mendicet. Ita Campan. in diversorio Juris Canonici, rub. 8. c. 4. n. 1. Ugolin. de potest. Episcopi c. 26. §. 9. n. 3. Bonac. d. disp. 3. quest. 1. punct. 9. n. 13.
- 53 Qui enim beneficium Ecclesiasticum sufficiens non habet, patrimonium saltem idoneum habere debet, ad cuius titulum non omnis ordinandus est, nisi dispensatio Episcopalis præcedat, per verba Concilii Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2. ibi, *Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possunt; nec semper convenit hanc dispensationem largiri, sed ex causa, prout ejusdem Concilii verba clarè demonstrant, ibi: Nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum: quare cum Concilium illic permittat Episcopis facultatem dispensandi cum aliqua prædictarum causarum, si illa deest, sublata debet esse prædicta potestas, per reg. cap. cum cessante, de appellat. Et firmant in propriis terminis, me citato in hoc loco, Marcel. Vulpe d. cap. 8. n. 10. Navar. consil. 14. n. 2. de tempor. ordin. in nov. ubi refert se Pintia vidisse negatam cuidam facultatem ascendendi ad Subdiaconatum, ob defectum tituli beneficialis, tamen si habuisset patrimonium trium millium scutorum: quæ Navarri resolutio colligitur ex Concil. d. cap. 2. ibi, *Nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos, quæ verba cum denotent boni viri arbitrium, hoc est voluntatem rationi submissam, l. fideicommissaria, ff. de fideicom. liberi. Gloss. verb. Visum, in c. 2. de corpore vit. Lap. alleg. 60. n. 3. ideo si Episcopus legitime non interponat arbitrium, Deum solummodo iudicem habebit. Gloss. verb. relinquatur, in cap. statutum, §. accessorem, de rescript. in 6. Calcan. consil. 38. n. 7. ac proinde non dabitur appellatio, quia Superior non potest animum, & conscientiam inferioris immutare. Bald. in l. 2. num. 10. vers. scias tamen, Cod. de sent. ex**

brevic. recit. Covar. var. lib. 2. cap. 12. n. 3. vers. & ab eo ex quibus nullum posse contra prohibitionem sui Prælati ordinari, aut de illo conqueri, seu ab eo appellare, eo quod illum ordinare noluit, resolvit Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 393. in 1. edit. aliàs resol. 587. in 2. edit. & censuit Rot. in Elboren. Ordinum 24. Octobr. 1618. coram R. P. D. Remboldo, & 18. Februarii 1619. coram R. P. D. meo Cocino Decano.

Quæstio tamen contingibilis est, an ubi beneficium fit tenue, & extra patriam, cui ad congruam sustentationem jungatur patrimonium, ad quem spectabit tunc ordinatio, num ad Episcopum beneficii, vel ad Episcopum patrimonii; Pertinere ad quemlibet, sed de alterius licentia, tenet Quarant. sum. Bullarii verb. Ordo, vers. secundò extende, Julius Cæsar Madius de sacris Ordinibus, cap. 5. n. 28. & 29. sed ad Episcopum beneficii spectare videtur, cum ratione patrimonii nullus acquirat forum, & efficiatur subditus Episcopi loci, in quo existit.

Quantitas patrimonii, ad cuius titulum Ordinem factum quis suscepturus est, debet esse tanta, ut fructibus inde perceptis sustentari honestè ipse possit, ut insinuat Concil. Trid. d. cap. 2. & diximus supra num. 8. cum seqq. Sed an sufficientia patrimonii sit attendenda in initio impetrationis dimissorialium, vel sufficiat si illud ordinandus obtineat post dimissorias, sed tamen antequam ordinetur? Vide Jacob. de Graffi. de temp. ordin. consil. 4. tom. 1.

Patrimonium super re immobili constitui debet; nam si super rebus mobilibus constituatur, non esset satisfactum menti Concilii Trident. cum res mobiles facillè vel extinguantur, vel consumantur. Ita Navar. consil. 34. de temporib. ordinat. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 3. cap. 4. q. 7. Graffi. consil. 4. de tempor. ord. tom. 1. Ugolin. d. c. 26. §. 10. n. 10. Molfes. d. cap. 15. n. 4. & 5. Nicol. Garc. d. p. 2. c. 5. n. 105. & 111. D. Acuña in comment. ad cap. neminem, dist. 70. n. 11. Bonac. d. punct. 8. n. 15. in fine, ubi etiam quod hujusmodi bona debent esse frugifera, Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 315. in 1. edit. & resolut. 273. in 2. edit. ubi etià refert decisum, non esse admittendum ad Ordinem sacrum, qui non habet patrimonium sufficiens, si promissionem habuit de aliquo, quod suppleret id quod deerat. Neque bona, ex quibus patrimonium hujusmodi constituitur, debent esse hypothecæ subjecta pro debito; posito autem onere hypothecæ non potest ordinatus ali & sustentari ex iis bonis, si creditor velit solutionem sibi fieri, nec Concil. in d. c. 2. prohibens alienationem patrimonii, ad cuius titulum quis promotus est, tollit obligationem antea contractam, aut juri alteri quæsito derogat. Navar. consil. 18. de tempor. ordinat. Si verò bona non sunt hypothecæ subjecta quamvis dominus sit ære alieno ita gravatus ut non remaneat soluto debito patrimonium sufficiens ad ipsius sustentationem; seu ad patrimonium constituendum, arbitror titulum in hujusmodi bonis validè constitui posse, quia ordinatus habet illorum dominium, & jus ad fructus, & potest illa validè alienare, & multò fortius titulum constituere, quamvis fortè fieri possit, ut graviter peccet, si aliunde nequeat creditoribus satisfacere. Ita Suar. de censur. disp. 4. sect. 3. n. 15. vers. contrariè, Garc. d. p. 2. cap. 5. n. 139. cum seqq.

Ad titulum patrimonii, quod consistat in censu tam vitalicio, quam perpetuo & redimibili, posse quem ordinari resolvit Nicol. Garc. de benef. p. 2. c. 5. n. 45. Alzed. d. part. 2. q. 5. n. 55. Cenc. de censib. part. 1. c. 3. q. 3. art. 2. à num. 4. usque ad num. 34. ex ea ratione, quia est titulus per se frugifer, certus & firmus, ex quo quis acquirit jus habendi certam pensionem, ex qua congruè vivere possit. Quicquid teneant Ugolin. de

de officio Episcopi. cap. 26. §. 10. num. 2. & §. 12. num. 3. Bonac. dict. puncto 8. num. 14. vers. ego vero. Nam licet census perpetuo redimi, & extingui possint, potest tamen in ipsa tituli erectione hæc cautio adhiberi, ut in casu redemptionis, & extinctionis pecunia ex Episcopi decreto iterum quamprimum in beneficium ejusdem promoti implicetur, & reinvestiatur: ita declaravit sacra Congr. Concil. sub die 2. Julii 1619.

56 Ad titulum donationis alicujus potest quis ordinari, si ita Episcopus judicaverit, assumendum pro necessitate, vel utilitate Ecclesie dummodo donatio sit realiter vera, & non ficta, quæ deinceps absque Episcopi licentia alienari non possit, donec beneficium sufficiens adeptus sit, vel aliunde habeat unde vivere possit: ita decisum referunt Zech. de repub. Ecclesiastica, cap. de clericis, sub n. 3. vers. 84. Campan. d. rub. 7. cap. 4. num. 3. Moscon. de majest. milit. Eccles. lib. 1. part. 2. cap. 1. pag. 380. Ugolin. de officio Episc. cap. 26. §. 9. num. 4. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 4. q. 1. Alphons. Narbona citato loco, num. 9. part. 5. Alzedo d. p. 2. cap. 5. n. 57. Nicol. Garcia de benef. p. 2. cap. 5. num. 79.

57 Ordinatus cum patrimonio procedente ex donatione ficta, quando scilicet inter ipsos donatorem, & donatarium dictum est illam fieri pro forma, & ad apparentiam, non manet securus in conscientia, imò revera esset tanquam ordinatus sine titulo, proindeq; incurret pœnam suspensionis positam contra ordinatum sine illo, per Constit. Sixti V. contra clericos male promotos. Sic docent Vivald. in Candel. aureo, in explicatione d. Const. not. ab. 14. Spin. in speculo testam. gloss. 18. n. 75. Petr. Ledesma in sum. tom. 1. de Sacram. Ordinis, cap. 7. concl. 6. difficult. 5. Caril. in itinerario ordinandorum, sect. 2. cap. 2. num. 17. Vasquez p. 3. tom. 3. disp. 243. in fine, † ubi ait grave peccatum esse, si ficto patrimonio, vel beneficio ordinetur, Cevall. q. 527. n. 13. Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. n. 34. & 35. Filliuc. tract. 17. cap. n. 89. Franc. Leo in thesaur. fori. Eccles. p. 3. cap. 39. n. 33. Ugolin. de offic. Episc. c. 26. §. 18. Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 32. n. 8. in fine, vide tamen alleg. seq. n. 28. cum seqq.

59 Si tamen pactum, & conditio in patrimonio adsit de illo reddendo, cum ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel aliàs unde vivere possit, nulla tunc incurritur suspensio, cum non sit contra mentem, & dispositionem Concil. Trid. in d. c. 2. prout resolvunt Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 169. D. Acuña in d. c. neminem. dist. 70. n. 21.

60 Utrum autem habere dicatur patrimonium filius, qui amplum expectat ex bonis paternis, maternisve? Et videtur dicendum quod sic, cum enim vivente patre quodammodo dominus videatur, §. sui autem & necessarij, ubi Gloss. Institut. de heredum qualitate, & æstimum patris æstimum filii existitur, Gloss. in l. 2. C. qui a tate, lib. 10. Alexand. in l. suis, ff. de liberis, & posthum. ubi Alciat. num. 10. dicit quod validum est argumentum, Pater est dives: ergo & filius, de quo etiam Flamin. de resignat. lib. 2. q. 6. n. 33. cum seq. Molin. de justit. tract. 2. disput. 146. vers. illud prætere, Bened. Ægid. ad l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. part. 6. §. 1. n. 30. in fine, D. Acuña ad c. neminem, n. 10. in princ. dist. 70. Ideo posse quem ordinari absque patrimonio, si habeat patrem divitem, resolvit Surdus de alimentis, tit. 7. quest. 37. n. 2. Sed contrariam opinionem veriore dicit, imò ordinandum non esse, quamvis haberet patrem divitem, nihil assignantem pro victu, & portione, quia Concil. d. loco, vult patrimonium verè obtineri, & non fictè & ita meliùs hanc partem tenet Flamin. d. q. 6. num. 28. Ugolin. d. c. 26. §. 9. n. 3. Campanil. d. rubric. 8. c. 5. n. 3. Molfes. in sum. tract. 2. c. 15. n. 5. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 19. n. 21. Nicol.

Garc. d. cap. 5. n. 91. & 92. Alphons. Narbona d. loco. à num. 47. pag. 11. in princip. Alzedo d. p. 2. c. 5. n. 62. cum seqq.

Quamvis donatio inter patrem, & filium invalida sit, juxta vulgaria lura, quæ referunt Gutier. de Sacram. infirm. part. 1. c. 4. n. 1. Fontanel. de pactis nupt. claus. 4. in princip. à n. 1. cum seq. & gloss. 7. p. 1. n. 1. nihilominus potest pater donare filio, quod ad patrimonium sat sit, & donatio valebit, prout resolvunt Flamin. d. quest. 6. n. 9. Narbona d. loco, n. 19. in fine, Ugolin. d. §. 9. n. 4. † Melioratio enim facta filio pro suscipiendis Ordinibus, etiam non interveniente traditione, erit irrevocabilis, juxta l. 17. Tauri, quæ nunc est l. 1. tit. 6. lib. 5. nova Recopil. in ea etenim versatur causa onerosa cum Episcopo, qui aliàs non ordinaret, ne de suo aleret, & sic post sacros Ordines susceptos, à parentibus revocari non potest. Ita Covar. in cap. Raynaldus, de testamentis §. 1. num. 7. Cifuentes dict. l. 17. Tauri, num. 1. ubi Tello n. 81. & 82. Avendan. resp. 17. in fine, Morquech lib. 3. de divis. bonor. c. 6. à num. 90. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 35. n. 6. Alphons. Narbona d. loco, num. 23. pag. 7. Sanchez d. c. 1. dub. 44. Fr. Eman. in sum. tom. 2. c. 15. n. 8. D. Acuña in cap. neminem. dist. 10. num. 15. Gutier. pract. lib. 2. quest. 15. n. 7. Matiens. dict. l. 1. gloss. 9. n. 8. Mendez de Castro in l. cum oportet, part. 4. n. 165. Azeved. in l. 10. n. 3. tit. 6. lib. 5. recop. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. c. 1599. num. 29. Campan. d. rub. 9. cap. 6. n. 10. in fine. Quicquid dicat Spino in spec. testam. gloss. 18. n. 75. & 76.

Utrum valeat assignatio bonorum in præjudicium legitimæ aliis filiis debitæ, si pater totum patrimonium ad sacros Ordines assumendos aliqui irrevocabili donatione donaret? Vide Cevall. commun. contra communes. q. 527. & 682.

Si filius velit promoveri, patensque nolit justum ei patrimonium constituere, potest filius genitorem constringere iuris remedijs, ut illud sibi assignet. Confirmatur ex eo, quia argumentari licet à Matrimonio carnali ad spirituale, per cap. inter corporalia, de translat. Præ l. sancimus, Cod. de sacros. Eccles. cum citatis in libello de principijs juris, lit. A, num. 188. Sed cum uxorem ducere intendit, illum potest cogere, ut sibi constituat donationem propter nuptias in dotis recompensam l. fin. C. de dotis promiss. Gulielm. Bened. in cap. Raynutius, verb. dotem, quam ei dederat: ergo similiter poterit cogi, ut donationem faciat filio pro ordinibus suscipiendis, & suo Matrimonio spirituali. Ita hanc opinionem tenent Avendan. respons. n. 17. n. 4. Sanch. de Matrim. lib. 1. disp. 26. sub n. 7. Campan. d. rub. 8. c. 5. n. 14. latè Marc. Anton. Genuens. in pract. Ecclesiast. q. 624. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 35. n. 4. & 5. Marchin. d. p. 6. c. 7. diff. 1. D. Acuña ad cap. neminem, dist. 70. n. 13.

Questio est in hac materia multum controversa, utrum donatio pro suscipiendis Ordinibus filio simpliciter facta conferri debeat, seu imputari in legitimam? Partem negativam in hac questione semper libenter amplexus fui, ex eo quia hujusmodi bona non erant liberè assignata, ut de illis posset ad libitum disponere, quod requiritur in legitima, Craver. conf. 136. incip. de anno: tum quia † hujusmodi bona sunt data loco alimentorum, & ad supportanda onera Matrimonii spiritualis, cum certum sit fructus filio datos loco alimentorum, & ad supportanda onera Matrimonii, quia pauper, & non habet aliunde, unde se alat, non esse conferendos, ut per Gama Lusit. dec. 140. num. 3. & decis. 164. & decis. 310. num. 13. Surd. de alim. tit. 8. q. 57. n. 2. & tit. 9. q. 34. in princip. Molin. de Justit. tract. 2. disp. 308. vers. Gama Thom. Valasc. alleg. juris tom. 1. alleg. 59. n. 10. Sic etiam † cum hujusmodi bona donata pro suscipiendis Ordinibus non possunt

61

62

63

64

65

66

possunt vendi, nec alienari, sequitur quod non debent conferri, prout in expensis factis pro doctorando filio resolvunt Perez l. 8. tit. 2. lib. 1. pag. 48. & tit. 7. l. 5. Ordinam. pag. 206. Rebuff. de privil. scholarium privil. 55. n. 3. Valasc. de partit. c. 13. n. 175. Bonac. de contractibus disp. 3. q. 6. punct. 6. §. unico, n. 17. † & in datis pro ingredienda militia resolvunt idem Valasc. d. cap. 13. n. 60. & 61. & plures relati à Flores de Mena ad Gam. decis. 140. in princ. †. Et in datis ad consequendam dignitatem firmat Rebuff. privil. 56 n. 1. & in expensis factis à patre, † ut filius nancisceretur aliquod beneficium Ecclesiasticum, tenent Gutier. pract. lib. 2. q. 65. n. 10. Marc. Anton. Genuens. in practicab. Ecclesiast. q. 657. Quare fortiori ratione idem tenendum est in donatis pro suscipiendis Ordinibus, quæ nullo modo in legitimam esse imputanda tenent Anton. Gomez l. 29. Tauri, un. 21. ubi Tello num. 16. & Valasc. de Avendan. gloss. 3. num. 8. Duen. regul. 222. num. 3. Garcia regul. 95. n. 6. Polydor. Ripa observat. 234. Roias de successiõib. c. 7. à n. 46. Azeved. l. 10. n. 29. & 30. tit. 9. lib. 5. nova recopilat. Matienf. l. 3. gloss. 2. n. 14. tit. 8. eodem lib. Spin. in speculo testam. gloss. 18. à num. 66. Quintanadueñ. Ecclesiast. p. 2. lib. 3. ad finem. Ioan. Garcia reg. 195. n. 6. Parlad. tom. 3. quotiã. differ. 150. §. 4. n. 6. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 2. n. 43. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis. 594. in 2. edit. & resol. 522 in 2. edit. Ceval. commun. contra commun. q. 682. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 159. à n. 32. Mendez de Castro in l. cum oportet, n. 165. C. de bonis, qua liberis, Cald. Pereira in l. si curatorem, verb. Lasf. n. 103. & 132. & quæstionum forens. in commentar. ad §. sed hæc, part. 2. n. 48. vers. ex quo, Instit. de inoffic. testam. Campan. in divers. Juris Canonici, rub. 8. c. 6. n. 12. novissimè Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. q. 23. Duard. in Bullam Coena, can. 8. q. 6. n. 3. ad fin. cum seqq.

70 Quamvis contrarium, imò donationem pro suscipiendis Ordinibus filio simpliciter factam conferri debere, seu imputari in legitimam, teneant infra citandi, ex eo tantum fundamento, quod scilicet donatum filio non consumitur in adeptione Ordinum, sed datur, ut illud post susceptos Ordines habeat ob ipsius alimenta, & congruam in eo statu sustentationem, & quamvis non sit alienabile, est tamen transmissibile ad hæredes: cui fundamento facilè responderetur, quod hujusmodi bona sic donata succedunt loco alimentorum, ne scilicet ordinandus, egeat, ut insinuat Concil. Trident. in d. cap. 2. & ita non sunt conferenda, prout fatentur Doctores, nemine discrepante; & nihil interest, quod sint transmissibilia ad hæredes, cum hoc in præsentis casu non requiratur, sed solum sufficiat, quod non possint alienari; quia iura, quæ id requirunt, habent locum quando res non potest alienari ex prohibitione inserta in ipsa re: at verò in nostro casu hujusmodi bona non possunt alienari ex prohibitione ipsius rei, sed personæ, quæ quidem incapax est transmittendi, & alienandi, cum in ipsis consistant alimenta sua, & ideo non est tuta, nec iuri consona, aut æquitati respondens opinio hæc contraria, quam sequuntur Covar. in cap. Raynaldus, de testam. §. 2. n. 7. Ayora de partitionib. p. 2. q. 13. Avendan. respons. 17. Perez l. 4. tit. 12. lib. 3. Ordinam. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 15. n. 8. Ioseph. Gonzal. var. c. 12. n. 25. Alphons. Narbona citato loco, n. 15. pag. 6. Salzed. ad Bernard. c. 18. n. 16. Petr. de Ledesma in sum. part. 1. de Sacram. Ordinis, c. 7. conclus. 6. ad finem Mench. de successiõnum creat. l. 3. §. 22. limit. 17. n. 44. Gutier. pract. lib. 2. quæst. 65. Molin. de instit. tract. 2. disp. 238. & disp. 241. ad finem, Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 159. Valasc. de partit. cap. 13. n. 77. cum seqq. Marc. Anton. Genuens. in practic. Ecclesiast. q. 62. Ugolin. de potestate Episcopi, c. 26. §. 9. in fine, Bonac. de contract.

disp. 3. q. 6. punct. 6. §. 5. & in Bullam Coena disp. 1. q. 19. punct. 3. §. 1. n. 14. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 35. n. 6. in fine, Marchin. d. tract. 2. p. c. 7. diff. 10. D. Acuña in d. cap. neminem, dist. 70. n. 3.

Patrimonium hoc super rem certam constitutum est ita ut sciri debeat, an ad sustentandum clericum sufficiens sit, ut tenet Concil. Trident. d. cap. 2. Sed si res incerta sit, id sciri minimè potest, ut per se patens est: unde nullus potest promoveri ex industria sua, vel honesto labore, puta quod sit Musicus, Magister Grammaticæ, Pictor, aut alterius licitæ professionis, ex qua tantum quærit, quod sit sufficiens ad sustentationem vitæ: ita decisum referunt Armend. in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimonio clericorum, num. 18. Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 126.

Sic etiam non poterit quis ordinari ad titulum literaturæ, quantumcumque sit litteris, gradu, & collegio insignis, prout tenent Salzed. d. c. 18. n. 7. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. c. 81. n. 2. Petr. de Ledesma d. cap. 7. ante ultimam conclus. Fr. Emman. d. cap. 15. n. 15. Bonac. d. p. 8. n. 18. Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 35. n. 10. Diana resol. moral. p. 4. tract. 4. resol. 52. in fine, Pialec. in praxi Episc. p. 1. c. 1. n. 45. in fine, Alphons. Narbona d. loco, num. 73. pag. 14. Marchin. d. part. 6. cap. 6. diff. 5. à n. 36. Garc. d. c. 5. n. 128. ubi refert ita censuisse Sacram Congregationem. Et ideo decretum Concilii Vlysbonen. quo statutum erat, posse quem ad titulum literaturæ promoveri, iussit Sanctissimus deleri, & dixit se daturam Breve Cardinali Portugalia, ut suos Doctores in iure Canonico, vel Theologia possit ipse Card. praxio examine de facto promoveri ad sacros Ordines ad hunc titulum literaturæ, in qua re suam gravat conscientiam. Non desunt tamen qui teneant fas esse ad sacros Ordines assumere virum litteris insignem, & collegio illustri cooptatum, vel gradu Licentiaturæ ornatum honestisque moribus probatum, quamvis titulo carentem, quia habet unde se possit sustentare, ac loco patrimonii, sive beneficii, illi est titulus, quo sine dedecore decenter vivat, & facilè valeat beneficium, ac dignitates obtinere. Quare hanc tueretur partem, & secundum illam Iurisperitos, ac Theologos doctos consultos respondisse refert Henriq. in sum. lib. 19. c. 17. §. 4. in comm. lit. G, sequuntur Vega in sum. part. 1. c. 57. casu 1. Fr. Emman. d. c. 15. num. 15. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 5. n. 36. ubi dicit ita consuluisse Campanil. d. rub. 8. c. 4. n. 6. Alzed. in praxi Episc. part. 2. c. 5. n. 66. Avil. de censur. part. 3. disp. 5. dub. 6. ad fin. Villar. del patronado de Calatayud. p. 4. §. 3. n. 22. ad fin. Gratian. discept. forens. c. 57. n. 30. Lotter. d. lib. 1. quæst. 2. num. 41. Mihi primum verius ipsa Concilii constitutio apertè insinuat sess. 21. de reformat. cap. 1. in illis verbis, ibi: Ne quis deinceps clericus secularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & atate, ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere: quibus verbis tollitur dubitatio, & ego agnovi familiariter virum insignem in hac Curia Romana etiam in Hispania habentem annuam pensionem triginta ducatorum auri de Camera, quem Illustriss. Urbis Vicarius ad titulum literaturæ noluit ordinare propter supra dicta Concilii verba quæ, ut respondi, id non permittunt.

Ille autem qui beneficium non retinet, nec patrimonium, aut donationem, potest cum penuria Sacerdotum existit, ad sacros Ordines promoveri, dummodo adsit, qui ei spondeat necessaria subministratum: ita per Sacram. Congregationem decisum referunt Flamin. de resign. lib. 2. q. 7. n. 11. Lotter. dist. lib. 1. q. 2. n. 10. Armend. d. loco, n. 2. & 30. D. Acuña dist.

dict. c. neminem, n. 11. in fine, Campanil. *d. c. 4. n. 6.*
 Cessante enim hac penuria, verum est ad Ordines fa-
 ctos illum non esse admittendum, qui cum suffi-
 cienti patrimonio, & beneficio careat, impetrat ab
 amico cedula, in qua promittit se illi necessaria vi-
 tæ subsidia ministraturum, nam obligatio ista perso-
 nalis non est res immobilis, & pacificè possessa, &
 per illam ordinandus haberet quidem jus ad rem,
 sed non jus in re. Ita Navar. *conf. 34. de temp. ordin.*
 Azor. *instir. moral. p. 2. l. 3. c. 4. g. 7.* Ugolin. *de offic. E-*
pisc. c. 26. §. 14. n. 2. Molfes. *in sum. tract. 2. c. 15. n. 4.*
 74 Ad titulum pensionis perpetuæ Ordine sacro ini-
 tiari quis potest, ut tenet Concil. Trident. *d. c. 2. ibi:*
Patrimonium verò, vel pensionem, &c. dummodo ad
honestè ipsum sustentandum sufficiens sit, prout de
beneficio, & de patrimonio supra dixi, & resolvunt
 Ugolin. *d. cap. 16. §. 14.* Marchin. *de tract. 2. part. 6. c.*
6. diff. 5. n. 25. Garc. *de benef. d. c. 5. num. 93. & 94.*
 Alzed. *d. part. 2. cap. 5. num. 58.* Ad hujusmodi tamen
 pensionis Ecclesiasticæ titulum ordinari non possunt,
 nisi illi quos Episcopus judicaverit assumendos pro
 necessitate, vel utilitate Ecclesiarum suarum, juxta
d. cap. 2. prout decisum testatur Armend. d. loco. num. 3.
 ubi *n. 4.* refert non expedire, ut ad titulum patrimo-
 nii quis ad Sacros Ordines promoveatur, nisi certi
 fructus ad honestam promovendi sustentationem
 sufficienter super certis redditibus fuerint in forma
 legitima, & valida assignati, & *num. 7. in fine*, dicit
 pariter resolutum, posse Episcopum ordinare fami-
 liarem suum etiam ad titulum pensionis, si pro com-
 moditate, vel necessitate suarum Ecclesiarum judi-
 cat ordinandum.
 75 Bona hæc, ad quorum titulum fuit quis ordinatus,
 alienari non possunt sine licentia Episcopi, ut habe-
 tur *in d. c. 2. ibi, Atque deinceps sine licentia Episcopa-*
li alienari, aut extinguì, vel remitti nullatenus possit,
 quæ verba inducunt nullitatem actus ipso jure, pro-
 pter adverbium illud *† nullatenus*, quod tollit omnem
 potentiam alienandi, ex *Gloss. in Clem. 1. verbo Null-*
atenus, de sequest. possess. & resolvunt Gratian. discept.
forens. 159. n. 18. Ceval. *commun. contra communes,*
q. 27. n. 10. & q. 900. num. 5. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel.*
gloss. ultim. num. 65. Sanch. *de Matrim. lib. 6. disp. 32.*
num. 7. & ego ipse refero alios quamplures de dictio-
nib. usufreq. dict. 236. num. 4. Quo fundamento liqui-
 77 dè constare *† alienationem patrimonii, aut extinctio-*
nem pensionis subsequentem promotionem esse inva-
lidam ipso jure, concludunt Navar. in cap. 12. n. 18. &
consil. 14. n. 2. & conf. 41. n. 3. aliàs consil. 17. n. 2. & 4.
& consil. 21. n. 2. de temporib. ordinat. in novis Valenz.
consil. 32. à n. 1. tom. 1. Sanch. d. c. 1. dub. 28. Flam. d. q.
6. n. 1. & 35. Campan. d. rub. 8. c. 6. n. 8. Garc. d. c. 5. n.
176. Gutier. lib. 2. pract. q. 65. n. 10. Ceval. q. 527. n. 9.
 Alphonf. *Narbona citato loco, n. 85. pag. 15.* Menoch.
d. success. crea. §. 2.2. n. 43. Mariet. *l. 1. gloss. 1. n. 4. tit. 25.*
lib. 5. recop. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 10. n. 13.
 Gratian. *discept. 159. n. 2.*
 78 Et quoniam alienatio nomen generale est, ideo
 complectitur alienationem quacumque ratione fa-
 ctam, *cap. nulli licet, de rebus Ecclesia non alien. l. ult.*
C. de rebus alienis non alien. & sic omnem actum, per
 quem dominium transfertur, *leg. alienationis, ff. verb.*
signific. citati per me de appellativa verbor. utriusque
juris significat. appellat. 14. n. 1. Amplia igitur primò
 ut procedat etiam in venditione. Quamvis autem non
 defuerint, qui contrarium asserere ausi fuissent, ob
 glossam, quæ illum vendere posse absolutè respondet
in c. suis quaestionib. verb. congr. in fin. de prob. prout
 sunt multi relati à Ceval. *q. 527. n. 1.* tanquã rem ha-
 bere ipsam videatur, dum pretium habet, ex sententiã
 Caji *in l. quia qui pretio, ff. de usufructu, tamen verior*
 est ampliatio, cum enim hujusmodi patrimonium

expressè fuerit assignatum in titulum, nulla habendæ
 est consideratio illius rationis, quod pretium suc-
 cedat loco rei, eo quòd facilius consumitur pretium,
 quam res immobilis, cum pecunia sit inter res, quæ
 servando nequeunt conservari, *l. 1. §. fuit quasitum, ff.*
ad Trebel. & nostram sententiam hoc fundamento
post alios, quos citat, tenet Campanil. dict. rub. 8.
c. 6. num. 7.
 Secundo ampliã in promissione de vendendo, quæ
 appellatione alienationis continetur, vide Tiraq. *de*
retractu, tit. 2. ad finem, n. 30. Bellacom. *tom. 2. commun*
opinion. lib. 9. tit. 34. n. 339. pag. 383. Menoch. *consil. 1.*
num. 230. Valasc. *consult. 77. n. 7.* D. Barbosa *in l. 1. ff.*
solutio matrim. part. 3. num. 57. Cald. Pereira *de extin-*
ctione emphyt. c. 1. n. 36. & c. 16. n. 84. & de emptione
c. 8. n. 5. & c. 13. n. 11. Stephan Gratian. *discep. forens.*
cap. 115. n. 17.
 Tertio ampliã in transactione, si patrimonium
 dimittat, ex resolutis per Cald. Pereira *de resolut. em-*
phyt. cap. 9. n. 36.
 Quarto ampliã in divisione ipsius patrimonii, ex
 citatis à Gama *Lusitania decis. 300. n. 4.* Valasc. *con-*
sult. 53. n. 4. quia *† prohibitus vendere, censetur pro-*
 hibitus dividere, ex Tiraq. *ad leges connub. gloss. 5. c.*
2. 6. vide d. appellat. 14. n. 6.
 Quinto ampliã in permutacione, quia prohibitus
 alienare non potest permurare, Tiraq. *de retract. lig.*
§. 1. gloss. 14. n. 30. Cald. Pereira *de empt. c. 8. n. 26. &*
27. & in nostris terminis Stephan Gratian. d. c. 159.
n. 3. Aloyf. Ricc. *p. 1. decis. 17.* Gonzal. *ad reg. 8. Can-*
cellaria, gloss. 5. §. 10. n. 35. cum seqq. Rot. apud Farin.
decis. 614. in 1. collect. novissimarum, alias p. 4. divers.
& dixi supra n. 33.
 Sexto ampliã in donatione in solutum, ex citatis
 per Tiraq. *de retractu lign. §. 1. gloss. 14. n. 2.* Menoch.
de arbitr. cas. 171. n. 51. Viv. *tom. 2. communium opin.*
lib. 8. tit. 27. n. 29. vers. & quia, & lib. 4. tit. 26. n. 155.
vers. 2. Mascard. *de probat. conclus. 1142. n. 14.* Gutier.
pract. lib. 2. q. 157. Cald. *de resolutione emphyteusis, c. 5.*
n. 47. & de empt. cap. 8. num. 26. Vide *d. appellat. 14.*
num. 14. & 15.
 Septimo ampliã in hypotheca, prout resolvit Al. yf.
 Ricc. *in decisionibus Curia Archiep. Neapolit. decis.*
112. part. 2. & dictum est supra num. 48. † qui enim
 non potest alienare, nec etiam poterit hypothecare,
 seu obligare, prout ex *l. ultim. Cod. de rebus alienis non*
alienandis, resolvunt Pinel. in l. 1. Cod. de bonis ma-
ternis part. 3. num. 19. D. Barbosa *in l. 1. ff. soluto ma-*
trim. part. 3. num. 39. Rebel. *de obligat. justitia. p. 2. lib. 6.*
quast. 3. n. 15. Vide citatos per me *dict. appella. 14.*
num. 9.
 Octavo ampliã, ut non tantum hujusmodi patri-
 monium alienari prohibeatur, sed nec præsc. bi tem-
 pore ordinario, prout in supremo Lusitanicæ Senatu
 judicatum fuisse refert Melch. Phœbos *ejusdem Se-*
natus decis. tom. 2. decis. 1.
 Unde fit Episcopus antequam hujusmodi bona in
 titulum patrimonii suis ordinandis admittant, pu-
 blica edicta proponere debere, ut qui jus aliquod in
 dicta bona habet intra certum tempus comparere
 teneatur, & docere de jure suo: quo tempore elapso
 omni jure in dicta bona se esse spoliatos memine-
 rint. Atque hac ratione Episcopi non modò ordi-
 nandis, sed sibi ipsis etiam optimè consulent, quia
 ab onere alimentorum eximentur: sic post alios no-
 tat Quarant. *dict. verb. Ordo, vers. quod intellige, in fi-*
ne. Quare post prædictam diligentiam si creditores
 hujusmodi patrimonium evincerent, talis revocatio
 irrita foret, & Episcopus ad nihil teneretur, Navar.
cons. 14. & 46. de tempor. Ordin. Sanch. de Matrim.
lib. 6. disp. 32. n. 7. & 8. Molfes. *in sum. tract. 2. cap. 15.*
num. 5.

88 Quæstio est in hac materia, an valeat alienatio, seu renunciatio patrimonii, ad cuius titulum quis Sacris fuit ordinatus, facta sine licentia Episcopi, si tunc alienans habet beneficium, seu aliàs unde commodè vivere possit? In qua quæstione videtur respondendum, prædictam Episcopi licentiam, in eventu de quo agimus, necessariam non esse; nam Concil. d. cap. 2. solum statuit, quod *deinceps sine licentia Episcopi patrimonium alienari non possit donec aliunde habeat unde viveret*; atque aded cum aliunde habeat, non videtur prohibita talis alienatio, cum dictio illa, *donec*, sit restrictiva temporis, habeatque naturam suspensivam, ex notatis per Chassan. in consuet. Burgundia, rub. 6. §. 6. n. 8. pag. 219. Menoch. consil. 151. n. 40. & consil. 166. n. 1. Surd. consil. 186. n. 15. & consil. 319. n. 16 Bertaz. de clausul. instrum. claus. 15. gloss. 4. n. 1. Deinde prædicta dictio, *donec*, habet in se temporis revolutionem, & intercapedinem, itaut dato beneficio, vel alio, ex quo promotus ad Ordines sacros vivere commodè possit, alienare non prohibetur patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus, nec ad hoc requiri licentiam Episcopi. Quare hanc partem tenent Flamir. d. 9. 6. n. 16. Ceval. q. 527. n. 8. & q. 561. à. n. 22. & de cognit. per viam, q. 151. à. n. 36. p. 2. Alphons. Narbona d. loco, n. 88. & 89. pag. 16. Valenzuel. consil. 32. n. 21. & 22. tom. 1. D. Acuña ad c. neminem, n. 26. dist. 70. Steph. Gratian. discept. forens. c. 159. n. 14. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 4. q. 3. Nicol. Garcia d. c. 5. n. 186. Molfes. in sum. tract. 2. c. 18.

90 Licet hæc opinio recepta sit, contraria tamen validioribus nititur fundamentis, nec illis destituta apud me est, & præcipuè, quia si huiusmodi ordinatus dum habet victum aliunde, posset sine licentia Episcopi patrimonium alienare, & victu carens nec cum licentia illud posset distrahere, nullius essent effectus verba illa d. c. 2. ibi, *Sine licentia Episcopi*, imò frustratorie addita diceremus, contra vulgare axioma, quod in legibus nullum verbum iudicatur superfluum & merito hanc opinionem tenent Bursat. consil. 178. n. 55. lib. 2. Iul. Cæsar. Madius de Sacris Ordinib. in quodam discursu supra cap. 5. ejusdem libri, ad finem operis pag. 151. n. 2. Marchin. d. tract. 2. p. 6. c. 7. diff. 9. Quintanadu. Ecclesiast. lib. 3. n. 72. Cened. præct. & canon. quæstion. lib. 1. quæst. 11. n. 9. Ugolin. d. c. 26. §. 13. n. 4. dicens patrimonium alienari non posse, nec valere alienationem sine Episcopali licentia, etiam si tunc haberet unde se sustentare posset, nisi ubi notorium esset, sufficiens esse; tunc enim sine Episcopi licentia alienationem fieri posse censet, licet tutius erit, ut is in quem alienatio facta est, cum licentia Episcopi id habeat; si enim contingeret profundero quod deinceps acquisivit, clericus admitteretur ad patrimonium prius habitum: indistinctè tamen sequitur Campan. d. rub. 9. cap. ult. num. 9. vers. & obviam, propè finem, ubi pro declaratione verborum Concilii dicit duo debere concurrere in patrimonii alienatione; alterum quod alia res subrogetur pro decenti victu; alterum quod Episcopus cognoscat, & comperit ita esse assentiat: explicationem igitur illorum verborum, atque illa *deinceps sine licentia Episcopi alienari*, ita esse faciendam dicit, atque illa *deinceps etiam cum licentia Episcopi alienari, &c. vel non possint sine licentia, donec, &c.* ut cum duæ negationes affirmant, voluerit dicere Concilium, ut possint cum licentia, quando beneficium Ecclesiasticum, &c. nam dictio illa, *donec*, restringit usque ad illud tempus: ergo eo elapso permittit, ex textu singulari in l. generaliter, ff. de decurion.

An donatio patrimonii absolutè, & illimitatè facta clerico causâ suscipiendi sacros Ordines, ad hæredes transmittatur, an verò mortuo donatario ad donantem revertatur? Transire ad hæredes donatarii potest

ejus mortem, & nullo modo ad donantem, vel ad illius hæredes reverti, tenent Galet. in margarita casuum Conscient. verb. conditio, vers. 2. latè Jul. Cæsar Madius de sacris Ordinib. fol. 245.

Bona patrimonialia ad quorum titulum fuit quis sacris initiatus, habent privilegia, quæ conceduntur à Jure bonis Ecclesiasticis, & non possunt à Principe sæculari collectari, ut per Menoch. remed. 15. recuper. num. 21. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 159. num. 27. Marta de jurisdict. part. 4. casu 11. num. 45. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 88. num. 1. Duard. in Bullam Cæna, lib. 2. can. 18. quæst. 5. n. 17. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 36. in princ. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 2. n. 27. & 36. Saltem interim quod non extinguatur titulus per adeptionem beneficii Ecclesiastici, Spin. d. gloss. 18. n. 72. Azeved. l. 1. n. 9. tit. 4. lib. 1. nova Recop. Ceval. commun. contra com. q. 527. n. 4. quos refert, & sequitur Cened. præct. quæst. lib. 1. q. 11. n. 6. novissimè Ciardin. controvers. forens. cap. 22. n. 48 & optimè advertit Marcel. Vulpe in sua praxi judic. Ecclesiast. cap. 17. n. 24. Regiam Camera Summaria Neapol. observare, quod donatione facta clerico, ut possit ascendere ad Ordines sacros, donatarium esse immunem à gabella à die promotionis, & non à die factæ donationis.

Quoad decimam verò Parochialem certum est clericum de huiusmodi bonis patrimonialibus illam solvere debere, gloss. ult. vers. credo quod propter clericatum, c. tuis, de præbend. ubi Abb. n. 6. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 605. in 1. edit. alias resolut. 529. in 2. edit. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 4. q. 2. me citato in hoc loco, Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 2. n. 26.

ALLEGATIO XX.

Episcopus ad sacrum Ordinem aliquem assumens absque titulo sufficientis beneficii, vel patrimonii, & sic Ordinatus, quas pœnas incurrant.

SUMMARIUM.

- 1 Sixtus V. quas pœnas imponat contra promoventes aliquem ad sacros Ordines sine titulo, ostenditur.
- 2 Clemens VIII. Sixti V. Constitutionem restrinxit, & reduxit ad terminos Juris communis, ac Constitutionem Pii II. & Concil. Trid.
- 3 Ordinantes sine titulo, de Jure tenentur providere ordinato de sufficienti beneficio, illique interea subministrare vita necessaria.
- 4 Etiam si ordinatus haberet patrem divitem, qui tamen nihil illi assignavit pro victu, aut sua portione.
- 5 Pater vivens filium alere constringitur.
- 6 Filius potest patrem compellere ad sibi præstandos sumptus, & expensas in studio.
- 7 Pater tenetur filio omnes expensas usque ad gradus adeptionem subministrare, qui de ejus licentia incepit politicioribus Musis operamnavare.
- 8 Expensa causâ studii facta veniunt appellatione alimentorum.
- 9 L. de bonis, ff. de Carbon. edicto, & l. Legatis, ff. de alim. & cibar. legatis, componuntur.
- 10 Episcopus tenetur ordinato à se sine titulo conferre beneficium, atque interdum alimenta elargiri, etiam si talis ordinatus haberet patrem divitem qui posset justè alimenta denegare.
- 11 Episcopus tenetur providere illi, cujus titulus, ad quem

- quem promotus fuit, chasmate vel alluvione perit.
- 12 Pater qui patrimonium filio assignavit, tenetur de altero providere, si primum consumpsit filius.
 - 13 Pater qui dotem filia constituit, si illa amittatur, tenetur aliam iterum ei constituere.
 - 14 Episcopus beneficium pro patrimonio alicui concedens, & ad illius titulum ordinans, si postea evincatur, an de altero teneatur providere, discutitur.
 - 15 Donatarius adversus donatorem de evictione agere non potest.
 - 16 Donator tenetur de evictione, si expressè promittat se velle de illa teneri.
 - 17 Donata bona, ut quis ad sacros Ordines promoveatur, dicuntur quasi quedam spirituales merces, & premium pro servitiis exhibendis.
 - 18 Donatio ob causam insinuari non debet.
 - 19 Donatio causâ dotis, vel contemplatione Matrimonij insinuatur, nec ex causa ingratitude revocatur.
 - 20 Episcopus tenetur supplere titulum ordinato habenti illum, sed non sufficientem.
 - 21 Capitulum Sede vacante, vel ejus vicarius literas dimissorias concedens ad Ordines Sacros non habenti unde viveret, tenetur illi providere prout Episcopus.
 - 22 Episcopus tenetur providere Ordinato à se sine titulo, quamvis illum solum promovisset ad Ordinem Diaconatus, vel Presbyteratus, si antea sine illo promotus fuerat.
 - 23 Episcopo promovente mortuo tenetur ejus successor, aut Sede vacante Capitulum, si tali promotioni non restitit.
 - 24 Pœna que incurratur ab ordinato sine titulo?
 - 25 Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2. secundum primam opinionem innovat pœnas cap. neminem, & cap. Sanctorum, 70. distinct. & cap. cum secundum, de præbend. cum distinctione.
 - 26 Innovat, juxta secundam opinionem, pœnam suspensionis, de qua in d. cap. neminem, & in d. cap. Sanctorum.
 - 27 Innovat tandem secundum tertiam & receptam opinionem, pœnam d. cap. cum secundum.
 - 28 Suspensus fieret ordinatus ab Ordine suscepto, & ordinator à collatione per triennium, si conveniant super non petendis postea alimentis, vel rebus donatis pro titulo suorum Ordinum.
 - 29 Cap. pen. de simon. & cap. per tuas, eodem tit. declaratur.
 - 30 Ordinatus cum pacto, & conditione de reddendo patrimonio sibi donato, non incurrit illam pœnam, seu suspensionem.
 - 31 Donans patrimonium alicui, rectè potest apponere conditionem de eo reddendo, cum ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel alias unde vivere possit.
 - 32 Patrimonium post ordinationem dans, vel alienans, quamvis peccet mortaliter, & castigari possit per Episcopum, nullam incurrit suspensionem.
 - 33 Religiosi, sive Clerici Regulares, more Regularium in communi viventes, qui nunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem emittunt, si ante professionem se faciunt promoveri ad Ordines Sacros absque titulo beneficij Ecclesiastic. seu patrimonij, fiunt suspensi ipso jure ab executione Ordinum, & si in illis ministrant, irregularitatem incurrunt.
 - 34 Patres Societatis JESU excipiuntur.



SIXTUS V. felicitis mem. in sua Constit. quam edidit contra clericos malè promotos, incip. *Sanctum, & salutare, sub dat. nonis Januarii. 1588.* ordinatorem sine patrimonio à collatione quoruncunque Ordinum, atque etiam ipsius Tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipso suspensum, atque ab ingressu Ecclesiæ interdictum declarat, & promotum ab executione, ministerio, & exercitio Ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores, perpetuò suspensum pronuntiat. Sed quia Constitutio hæc nimis rigida multis visa fuit, & scrupulos varios, tam promoventibus, quam in eis, qui promoti fuerant, ingeneravit, eam postea Clemens VIII. nova quadam Constit. incip. *Romanum Pontificem, de anno 1595. Pridie Kalend. Martij,* motu proprio, & ex certa scientia, de Apostolicæ potestatis plenitudine, sua perpetuò valitura Constituit, ad terminos sacrorum Canonum, ac Constituit. Pij Papæ II. quæ incip. *Cum ex sacrorum,* relata supra alleg. 17. num. 10. & ad dispositionem decretorum S. Concil. Trident. restrinxit, & reduxit; necnon censuras, & pœnas in eadem Sixti Constitutione contra quoscunque (præterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, quas voluit in suo robore permanere) moderatur, & abolevit, quam Constitutionem Clementis refert Sayr. *de censuris, lib. 4. cap. 17. ad finem,* & de ea meminerunt Fr. Emmanuel. *quest. Regul. tom. 1. quest. 20. art. 13. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 49. n. 10. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. num. 128. & post Suar. tom. 5. disp. ult. sect. 3. num. 41. Nicol. Garcia de benef. part. 2. cap. 5. num. 70. Alois. Ricc. in decis. part. 1. decis. 9.* Quare tam contra ordinantes, quam ordinatos sine titulo vigent hodie pœnæ à Jure communi statutz, de quibus infra à nobis agendum est.

Et ut ab Ordinatoribus incipiamus, sciendum est quod contra ordinatos sine præfato titulo de Jure stat pœna constituta in cap. *si quis ordinaverit, de simon.* ubi expressè decernitur, quod ordinans aliquem absque titulo cum pacto, ut ordinatus nihil ab eo petat, suspenditur per triennium à collatione Ordinum, & præsentator præsentans cum præfato pacto suspenditur per triennium ab executione Ordinum. Præterea statuitur in cap. *cum secundum, de præbend.* ut sic ordinantes teneantur providere ordinato de sufficienti beneficio, illique interea subministrare vitæ necessaria, nempe secundum qualitatem personæ, loci consuetudinem, Ecclesiæque redditum. Ita Glossi insignis verb. *Necessaria, in cap. Episcopus, de præbendis,* ubi Abb. num. 1. Anch. r. in d. cap. *cum secundum, notab. 5. Ripa lib. 1. resp. cap. 14. num. 7. Cardof. in praxi judicium, verb. Episcopus, num. 16. & versic. Sacramentum Ordin. num. 34. Menoch. de arbitr. casu 169. num. 14. & casu 520. post num. 10. Ugolin. de potestate Episcop. cap. 26. §. 15. num. 1. latè Sanchez in opuscul. moralib. lib. 8. cap. 1. d. b. 34. num. 6. cum seqq. ubi num. 7. intelligit hanc obligationem alendi habere locum quando Episcopus sciens, & debens scire non habere beneficium, vel patrimonium, ordinavit eum; & num. 9. intelligit tamen eandem obligationem habere locum, quando nullo præsentante ordinavit, per cap. *cum secundum, de præbend.* novissimè Marcel. Vulpe d. cap. 7. à num. 7. me in citato in hoc loco; Alzedo de præcellent. *Episcop. dignit. part. 2. cap. 5. n. 49. Bonac. de censur. extra Bull. disp. 3. quest. 1. puncto 9. num. 25.**

Primo amplia, ut Episcopus teneatur providere ordinato sine titulo, etiamsi ordinatus patrem haberet divitem, nihil tamen illi assignantem pro victu, aut sua portione; Concilij enim dispositio *sess. 21. de reform. cap. 1.* requirit, ut patrimonium ab ordi-

nato verè obtineatur ; & hanc ampliacionem probat Flamin. *de resignat. lib. 2. quest. 6. num. 28.* Sed quamvis hæc opinio in Juris rigore verior sit, contraria tamen æquior videtur, & probari potest ex verbis Divi Hieronymi relatis *in cap. Cleros, 2. quest. 2.* & *in cap. ult. in fine, 16. quest. 1.* ubi clericos illos convenit stipendiis Ecclesiæ sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona ; qui autem bonis parentum, & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt. sacrilegium profectò committunt, & per abusionem tales judicium sibi manducant, & bibunt ; sed iste parentis opibus commodè alimentari valet : ergo non debet ex stipendiis Ecclesiæ vitæ subsidium consequi. Sic etiam à cessante ratione dedecoris, qua moti Summi Pontifices sanxerunt Episcopum compellendum esse providere ordinato, & titulo indigenti : potest ergo pro ista contraria opinione argui in hunc modum. Si ordinatus patrem opibus affluentem habeat, neque egere potest, neque cum Ordinis clericalis dedecore, tum vivo, tum extincto patre mendicare ; † nam vivens pater filium alere constringitur, *l. cum oportet, §. cum autem, C. de bonis, qua liberis, l. si quis à liberis, ff. de liberis agnosc.* Molin. *de justit. tract. 2. disp. 229. vers. autem.* † Quin etiam potest filius patrem compellere ad sibi præstandos sumptus, & expensas in studio, *l. de bonis, §. non solum, ff. de Carbon. edicto* : qui quidem text. quamvis non meminit patris, nihilominus id ipsum ampliavit Gloss. & Doctores ibi, & resolvunt Bologn. *repet. auth. habita, Cod. ne filius pro patre, num. 167.* Rebuff. *de privilegiis scholar. privil. 53.* etiamsi filiusfamilias invito parente literis operam daret, cum hoc possit facere, ut firmat Rebel. *de obligationib. justit. p. 2. lib. 1. quest. 8. sect. 3. n. 33.* præcipue † si incepit politionibus Musis operam navare de ejus licentia, quia tunc sine dubio teneretur filio omnes expensas usque ad gradus adeptionem subministrare, ut optimè resolvunt Corduba *in l. si quis à liberis, §. non tantum, num. 32. cum seqq.* Cald. Pereira *questionum forens. consil. 14. num. 32. cum seqq.* Menoch. *de presumpt. lib. 3. quest. 29. n. 86. & lib. 4. quest. 191. num. 18.* ubi num. 30. † idem dicit in illo naturali. Nam hujusmodi expensæ causâ studij factæ, veniunt appellatione alimentorum, juxta *d. leg. de bonis* ibi : † *Non solum alimenta præstari debent pupillo, sed & in studia, & ceteras necessarias impensas debent impendi pro modo facultatum* ; cui consonant text. *in leg. qui filium, & leg. officio, ff. ubi pupillus educari valeat* : nec contrarium firmat text. *in leg. legatis, ff. de aliment. & cibariis legatis, ibi : Legatis alimentis cibaria, vestitus, & habitatio debentur, quia sine his ali corpus non potest : cetera, qua ad disciplinam pertinent, legato non continentur* ; quia responderetur text. hunc procedere in alimentis debitis ex dispositione hominis, veluti ex legato, vel contractu ; & tunc si nihil de ipsis expensis causa studij factis dictum sit, minimè sub legato alimentorum comprehenduntur : at verò dispositio text. *in dict. leg. de bonis, cum similibus, procedit, vel quando alimenta debentur jure naturæ, vel legis dispositione, ut in casu de quo agimus, quia tunc omnia comprehenduntur.*

10 Quare Episcopus summa diligentia ordinati parentem debet inducere, ut filio patrimonium constituat, vel illo renuente, filium inducere, ut ad hoc patrem juris remedio constringat ; si tamen suæ justæ petitioni assentire renueret, nec hoc juris remediis procurare possit, quia parens omnia bona consumpsisset, vel ob filij in patrem commissum delictum, eidem justè essent alimenta denegata, non prætermittat ordinato in conventu conferre beneficium, atque interim alimenta elargiri.

Secundò amplia, ut Episcopus teneatur providere illi, cujus titulus, ad quem promotus fuit, chasmate, vel alluvione periit : ita affirmat Gloss. notabilis *in cap. tuis questionibus, verb. de patrimonialibus, de prabend.* ubi Henric. Boich. *num. 1. Imol. n. 7.* intelligendo ut per Sanch. *de Matrim. lib. 6. disp. 32. n. 8.* Ugolin. *de officio Episcopi, cap. 26. §. 15. vers. septimò excipitur, Marchin. de Sacram. Ordinis, tract. 2. part. 6. cap. 7. diff. 4. n. 7. vers. hinc deducitur.* † Ad instar patris, qui patrimonium filio assignavit, & illud consumpsit, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. in eodem testamento, il. 1. n. 222. de testam.* † Ad instar etiam dotis filia constituta, quam amisit, quia teneretur pater dotem illi iterum constituere, ut firmant Guillelm. Benedict. *in d. cap. Raynutius, verb. Dotem, quam ei dederat, num. 19.* Rebel. *de obligat. Justitiae, part. 2. lib. 5. quest. 4. n. 21. & 22.* Prædictam tamen ampliacionem intelligerem, si parens solvendo non sit, quia tunc supplere debet Præsul ; si verò pater possit, tunc immunis erit Episcopus ab onere beneficium illi conferendi, alimenta que interim subministrandi. Episcopus enim non tenetur alimenta Subdiaconis absque titulo ordinatis subministrare, ubi patrem habuerint divitem, ut me citato *in hoc loco,* firmat Marchin. *d. p. 6. cap. 7. diff. 4. n. 7. vers. 4.* vel si ordinatus bona habeat, quo se valeat sustentare, argum. *cap. Episcopus si aliquem, de prabend. resolvit Bonac. d. punct. 9. num. 16.*

Tertiò amplia, ut compellatur Præsul denuò providere de beneficio, atque interim de alimentis, ei cui beneficium contulerat, atque ad illius titulum ordinaverat, si tale beneficium fuerit postmodum illi evictum, maximè si prima vice fraudulenter illud contulerat, quod dare nequibat, juxta *gloss. final. in cap. presentium 7. quest. 1. & in cap. cum secundum, de prabend.* Navar. *consil. 14. de tempor. ordin.* Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 10. cap. 3. dub. 4.* Bonac. *d. puncto 9. num. 27.* Sed adversus hanc ampliacionem maximè obstat text. *in l. ad res donatas, ff. de aditione edict.* ubi † *in re donata, licet appareat vitiosa, non habet locum actio redhibitoria, & reddit textus rationem, ne liberalitas donatoris ei sit nociva* : quod quidem nocumentum ipsi inferretur, si de evictione adversus illum agi posset, juxta regulam text. *in l. venditor 8. l. evicta 70. ff. de evict. leg. non dubitatur, l. super, Cod. eodem.* Igitur nulla adversus donatorem potest competere actio, ex text. *in l. Aresto 8. §. fin. ff. de donationibus, l. 2. Cod. de evictionibus,* probant Gloss. *in §. 1. ubi Riminald. à n. 69. Instit. de donationibus, Viv. communium, tit. de donationibus, num. 221.* Covar. *lib. 2. variarum, cap. 15. num. 1.* Gomez *tom. 2. variarum, cap. 2. n. 35. & cap. 4. n. 1.* Pinel. *in l. 1. p. 3. n. 61. illat. 12. Cod. de bonis matern.* Mol. *de Justit. tract. 2. disput. 252. vers. 3. sumitur.* D. Barbota *in l. si estimatis 51. n. 17. ff. soluto matrim.* Valasc. *de partitionib. cap. 37. n. 3.* ubi extendunt † etiamsi donator scienter rem alienam donaverit, quia adhuc illa evicta, nec de evictione, nec ad illius estimationem tenebitur.

Quare nostram ampliacionem non extenderem ad bona donata : & idè consulerem, ut in omnibus donationibus, quæ ad patrimonia fiunt, donator expressè promittat se teneri velle de evictione : quo casu, modò donatio incipiat à traditione, modò à promissione, indistinctè de illa tenebitur, ut probat text. *in l. 2. de evictionib. & Gloss. Alberic. Bald. & Salicet. ibi annotarunt, resolvunt Jas. in §. fuerat, n. 35. Instit. de action. Gozadin. consil. 6. colum. 2. Boer. decis. 67. in princip. Gomez d. n. 35. ad finem, Molin. d. disp. 252. vers. 2. sumitur, ad finem, Campanil. in divers. Juris Canonici, rub. 8. cap. 4. num. 4. vers. verum.*

Non me latet bonam causam fovere, qui etiam in donatione contrariam sequeretur opinionem, quia bona donata, ut quis ad sacros Ordines promoveatur, dicuntur quasi quaedam spiritualis merces, & premium pro servitiis Ecclesiae exigendis; Gloss. in cap. Episcopus, de prebend. Felin. in c. Ecclesia sanctae Mariae, n. 13. ubi Anton. Burg. n. 131. cum seq. de constit. Navar. consil. 12. num. 1. de censib. Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 6. num. 20. quos refert, & sequitur Marius Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 88. num. 1. Ideo haec bona non dicuntur donata liberaliter, sed ob causam, & conditionaliter; in qua non habet locum dict. l. ad res donatas, ut in simili resolvitur quoad donationes insinuandas, quae licet insinuari debeant; per text. in l. sancimus, Cod. de donation. † tamen hoc in donationibus ob causam limitant Doctores, ut per Viv. tom. 2. commun. opinion. lib. 8. titul. 3. n. 20. vers. 5. ubi Suar. num. 171. Surd. de aliment. titul. 8. privil. 72. num. 5. & decis. 290. n. 19. Mol. de justit. tract. 2. disput. 279. num. 9. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 82. à num. 25. Cald. Pereira quest. forens. consil. 19. num. 10. Item talis donatio videtur similis donationi propter nuptias, quia sicut fit ob causam matrimonij carnalis, ita haec ob causam matrimonij spiritualis, cum de uno ad alterum valeat argumentum, ut probat text. in cap. inter corporalia, de translat. Pralati, & arguit Marius Antonin. d. resolut. 88. num. 4. & † sicut est privilegiata donatio facta propter nuptias, & causam dotis carnalis, ita haec facta causam dotis spiritualis; & idem insinuatur donatio facta causam dotis, ut tenent Gama Lusitania decis. 120. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 72. num. 9. & consil. 361. Cardos. in praxi judicum, verb. Donatio, num. 10. & 11. Rebel. de obligat. justitiae, p. 2. lib. 18. quest. 6. num. 6. Cabed. Lusitania decis. 135. n. 6. p. 1. Sic etiam donatio causam dotis, vel contemplatione matrimonij, ex causa ingratitude non potest revocari. Gregor. ad l. 10. verb. Alguna, tit. 4. p. 5. Gama decis. 163. num. 2. & 3. Pinel. d. part. 3. n. 62. vers. 32. Aloyf. Rice. in collect. decis. part. 1. collect. 197. vers. 2. limita, Molin. de justit. tract. 2. disput. 281. vers. ac etiam.

Quarto amplia, ut Episcopus teneatur etiam supplere titulum ordinato habenti illum, sed non sufficientem, per gloss. finalem, in d. cap. tuis questionibus, ubi Imola n. 8. vers. in gloss. finali, Vivald. super Bullam Sixti V. editam contra clericos male promotos, num. 11. vers. quare, Jacob. de Grafi. in decis. aureis lib. 3. cap. 2. n. 19. Henriquez in sum. lib. 10. cap. 17. §. 3. lit. Q; & R, ubi refert, quod quamvis tenue beneficium laici sit ad acquirendum domicilium, non tamen est idoneum pro titulo, Sanch. dict. lib. 7. c. 1. dub. 34. num. 10.

Quinto amplia in Capitulo Sede vacante; ejusve Vicario, ubi literas dimissorias dederunt ad Ordines sacros non habenti unde viveret; nam eadem ratio est in ipso ordinante suum subditum, quae in dante hujusmodi dimissorias, ut post Prosp. de August. in addit. ad Quaranta, resolvit Ugolin. de potestate Episcopi, cap. 26. §. 15. num. 1. ubi etiam in vers. verum, tenet quod si Episcopus alteri Episcopo committat generatim, nullis personis expressis, ut suo nomine Ordines in sua Diocesi celebret, & is cui id commissum est, titulum non habenti Ordinem sacrum contulerit, tenebitur ad necessaria vitae praestanda, non autem qui commisit, quia in culpa fuit, non investigando an haberet titulum, per cap. si Episcopus, de prebend. lib. 6. cum quo, & ejus glossa poteris hunc casum intelligere, & limitare, refert me citato in hoc loco, Marchin. d. cap. 7. difficult. 4. num. 7. vers. 5. & Alzed. d. part. 2. cap. 5. num. 70.

Barbos. de Episc. Pars II.

Sexto amplia, ut procedat etiam si Ordinem contulerit ei, qui jam in Sacris constitutus erat; nam si fuit sine ullo titulo ordinatus, alij Ordines sacri illi conferendi non sunt, quia Jura simpliciter prohibent promotionem ad sacros Ordines sine vero titulo; ita decisum referunt Fornar. de Sacramento Ordinis, c. 8. num. 10. Bonacina de Sacramentis, disp. 8. quest. unic. punct. 5. num. 30. post Henriquez, resolvit Quaranta verb. Ordo, versic. an vero, & Ugolin. d. §. 15. vers. tertio locum.

Septimo amplia, ut non tantum Episcopum promoventem devinciant Canones ad praedicta, verum ipso mortuo etiam ejus successorem, ita ut Sede vacante debeat alimenta ita praestare Capitulum, si tali promotioni non resistit. Henriq. in sum. lib. 10. c. 17. §. 4. in comment. lit. F, Bonacina d. punct. 5. n. 17. vers. respond. 2. Sanch. d. dub. 34. num. 12. Marchin. in d. num. 8. vers. at in casibus, me citato in hoc loco, Alzed. d. p. 2. c. 5. num. 68. Bonac. d. punct. 9. num. 29. optimè Campanil. dict. rub. 8. cap. 5. num. 21. ubi dicit quod si Episcopus loco renunciasset, quia transiurus ad alterius Ecclesiae regimen, vel si loco, & dignitati cessit, non ad illa constringeretur, qui ordinantis locum suborsitus fuerit, sed ipsemet ordinator, quamvis & tali egressus loco, & Ecclesia, per Innoc. in cap. cum secundum, num. 1. de prebend. & Anchar. in cap. si Episcopus, num. 3. vers. sed nunquid, de prebend. in 6. ac Henriq. d. §. 4. & post haec ita reperi tenuisse Ugolin. d. §. 15. versic. 6. excipitur; Alzed. d. part. 2. cap. 5. num. 69.

Contra personam ordinatam ab Episcopo sine titulo, quae poena sit in Jure statuta, controversum est apud Doctores; nam Summi Pontifices in cap. neminem, & in cap. Sanctorum, 70. dist. voluerunt irritas, & inanes (scilicet quoad executionem) ordinationes eorum, qui sine certo titulo promoventur. Successores tamen benignius agere cupientes, tandiu per ordinatores, & successores eorum provideri ordinatis constituerunt, donec ipsi Ecclesiastica sint assequuta beneficia, ut asserit Innocent. III. in d. cap. cum secundum, cui successit postea Conciliaris in hac re dispositio Trident. Synodi sess. 21. de reform. cap. 2. certam non exprimentis poenam, sed antiquorum Canonum simpliciter innovantis; ex cuius verbis non ineptè dubitatur à Doctoribus, an Concilium innovet poenas dicti cap. neminem, & cap. Sanctorum? An vero d. cap. cum secundum? an demum omnium praedictorum Canonum.

Prima opinio tenet omnium relatorum Canonum poenas innovare Concil. in dict. cap. 2. tum quia utitur plurali numero, inquit, poenas innovando, quod in una quam unusquisque ex illis textibus infligit, verificari nequit, per l. ubi numerus, ff. de testibus, & l. libertas, §. ult. de manum. testam. & cap. pluralis loquutio 40. de regul. juris in 6. cum citatis ab Escob. de ratiocin. cap. 18. num. 43. pluralis enim numerus saltem qualitatem requirit, nec uno contentatur, dicta l. ubi numerus, cum citatis per me axiom. 178. n. 1. tum etiam, quia poena dict. cap. cum secundum, tantum promoventem afficit, promotique respicit favorem; ideo justè credendum est, illam quoque poenam innovasse, quae taliter ordinatum castigat, quamque constituerunt dicti textus in cap. neminem, & in cap. Sanctorum. Quo fundamento ita hanc opinionem, quando ordinator, & ordinatus in culpa fuerunt, tenent Navar. consil. 14. incip. Quasitum est; n. 4. & consil. 46. incip. An promotus, num. 1. & 3. de temp. ordinat. Suar. de censur. disp. 3. sect. 1. post num. 35. Sanch. dict. lib. 7. cap. 1. dub. 35. num. 12. optimè Campanil. d. rub. 8. cap. 5. num. 1. qui praehabita distinctione hanc sententiam sequitur, ut scilicet Concilium dicto loco innovet poenam cap. neminem, & cap. Sanctorum;

quotiescumque ordinatus tantum in culpa fuit, decipiendo ordinatorem, & illi mentiendo se habere titulum sufficientem, cui ordinator iuste credens, aut credere debens, ipsum promovit, ne tunc ordinator citra culpam mulctetur, compellendusque sit providere illi de victu, poenam vero statutam in dict. cap. cum secundum, innovare dicit, cum ipse ordinator fuit in culpa, eo quod sciens illum non habere titulum ordinavit; nec malitiose ordinatus passus est promoveri: sequitur Ugolin. de potestate Episcopi, c. 26. §. 8. num. 5.

26 Secunda opinio tenet Concilium Tridentinum d. cap. 2. tantum innovare poenam suspensionis, de qua in d. cap. neminem, & in cap. Sanctorum, & eam sustinent Maiol. de irregularit. lib. 4. cap. 15. in princip. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 15. n. 1. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Dimissoria, §. 6. & part. 2. eod. verbo, §. 6. & verb. Irregularitas, §. 2. Sinch. de Matrim. lib. 6. disp. 32. in fine, Spin. in speculo testam. gloss. 18. n. 75. Bonacina d. punct. 5. n. 24. Jacob. de Grat. conf. 4. n. 1. 4. & 15. de temp. ordinat. Suarez de censur. disp. 31. sect. 1. n. 35. Fr. Emman. in sum. part. 2. cap. 15. n. 1. Paul. Comit. resp. moral. lib. 6. q. 38. Valquez tom. 2. in 3. part. disp. 246. n. 61. Steph. Fagund. de quinque Eccles. prec. part. 1. lib. 3. cap. 3. sub n. 7. Campan. in divers. juris Canon. rub. 8. cap. 1. num. 5. Scottia in Pontif. constit. epit. 147. theor. 139. Joan. de la Cruz in direct. Conscient. p. 2. tit. de Sacram. Ordinis, dub. 6. concl. 2.

27 Tertia opinio sustinet per Concil. dict. loco, solum esse innovatam poenam d. cap. cum secundum, & sic Ordinatam sine titulo non esse suspensum, neque aliquam poenam incurrere, sed Episcopum cogendum esse illi providere: quam tuerentur Henriq. in sum. lib. 1. cap. 37. §. 2. Gutier. pract. lib. 2. q. 65. n. 11. vers. nec opinio Mena, Cened. ad Decretales, collect. 33. n. 2. & 6. ad finem, Vivald. in candelabr. p. 2. tit. de suspens. num. 28. & in novis n. 35. Avila de censur. part. 3. disp. 5. dub. 4. & 5. Marcel. Vulpe in d. praxi, cap. 8. n. 9. Sayr. in simili tract. lib. 4. cap. 14. num. 26. Sbrozz. de officio Vicarij lib. 1. q. 56. Coninch. de Sacram. disp. 26. dub. 5. num. 28. Homobon. de Bonis de exam. Eccles. part. 2. tract. 11. cap. 18. q. 22. Diana moral. resol. p. 1. tract. 15. miscel. resol. 5. Marchin. d. part. 6. cap. 7. diff. 6. à n. 9. & secundum hanc opinionem decilum fuisse in sacra Congregatione, testantur Piassec. in praxi novi Episcop. part. 1. cap. 1. n. 42. Flam. de resignat. lib. 2. q. 6. n. 18. Addit. ad Navar. conf. 1. q. 16. de constit. Sayr. d. n. 16. Sanctarel. variar. resol. q. 49. n. 15. Armend. in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrim. clericorum, num. 19. Gonzal. ad regul. 8. Cancellaria, gloss. 5. §. 10. num. 22. Tolet. lib. 1. cap. 49. n. 5. Fornar. de Ordine, cap. 8. n. 8. Emman. Sa verb. Suspendio, n. 19. Nicol. Garcia de benefic. p. 2. cap. 5. n. 72. Bonacina d. punct. 5. n. 12. vers. 1. Igitur propter auctoritatem tantorum Patrum, ita decilum esse attestantium, hanc ultimam opinionem sequor, quamvis in Jure veriore primam reputem. Non obstat Constit. Sixti V. contra clericos promotos, qua statuitur clericos sine sufficienti beneficio, vel patrimonio promotos ad Ordines sacros ipso jure suspensos esse; quia per aliam Constit. Clementis VIII. incip. Romanum Pontif. de anno 1595. constat fuisse redactam ad terminos sacrorum Canonum, ac Constit. Pij II. quæ incip. Cum ex sacrorum, & ad dispositionem Concilij Trident. & censuras ac poenas impositas in d. Constit. Sixti V. contra quoscumque, præterquam contra simoniacos ordinantes, & ordinatos inflictas fuisse abolitas, memini supra num. 2.

28 Si tamen ordinatus cum ordinante conveniat, ipsum post susceptos Ordines non molestare super

beneficio, quod Juris attenta dispositione conferre ipsi ordinato propterea teneretur, neque super alimentis, quæ eidem subministrare compelleretur, suspensus sanè fieret ab Ordine sic suscepto, & ordinator à collatione per triennium, juxta text. in cap. penult. de simonia, Cardos. in praxi judicium, verb. Sacramentum Ordinis, n. 35. & 36. Marchin. d. tract. 2. part. 6. cap. 7. diff. 7. n. 10. in princ. Bonac. d. puncto 9. num. 2. † Item si cum præsentante ad Ecclesiam idem pactum faceret, juxta cap. per tuas, 3. eodem tit. Bonacina de censur. disput. 3. quest. 6. punct. 5. num. 4. Campanil. d. rub. 8. cap. 3. num. 31. ubi num. 32. dicit in casibus prædictorum textuum simoniae labem considerandum, cum aliqua tamen restrictione, ne illa sit simonia, quæ sub stricto, sed largo sumpto vocabulo comprehenditur; quorum textuum decisionem procedere non solum si ordinatus cum ordinante, vel præsentante prædictam pactioem fecerit, sed etiam aliis promiserit donata sibi ab eis, & pollicita non petiturum, aut tradita restitutum post susceptos Ordines, ut à paritate rationis arguentes resolvunt Navar. in man. cap. 27. num. 158. & conf. 1. num. 45. de constit. Vivald. in candelabr. part. 2. tit. de suspens. num. 28. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 15. n. 23. Sed verius est, prædictos textus minimè complecti paciscentem cum donatore, parte, & aliis, sed calum duntaxat inibi expressum de paciscente cum ordinatore, vel præsentatore; atque idè affirmandum, eum non fieri suspensum, qui cum aliis pactus est, maximè quod à simonia prodire illorum Canonum poenam dicendum est, quam non nisi ordinatori, aut præsentatori remittentes committunt, meritoque nullus præter eos sit vigore illorum Canonum suspensus, prout quamplures Theologos, & utriusque Juris peritos consultos approbasse refert Henriquez in sum. lib. 10. cap. 17. §. 3. in commento lit. O, & tenent Tolet. lib. 1. cap. 15. post num. 5. Suar. de censur. disp. 31. sect. 2. post num. 35. Navar. sibi ipsi contrarius, consil. 17. n. 2. vers. non inquam, de temp. ordin. in novis, & conf. 42. in antiq. Nicol. Garcia de benefic. part. 1. cap. 5. num. 168. & idè malè docet Suar. de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 38. n. 4. & 5. dum ait d. cap. pen. & cap. per tuas, procedere etiam quoties aliquis ex suis bonis alteri constituit titulum, ad quem ordinatur, ab illo recipiens promissionem, quod nihil postulabit, asseritque tunc non solum committi peccatum in debite ordinationis per falsum titulum, sed etiam simoniam, quod etiam malè probat Azor. institut. moral. part. 3. lib. 12. cap. 15. quest. 2. Addit Bonacina dict. punct. 9. num. 4. vers. tertio, prædictam suspensionem incurrere ordinatum, tam à proprio, quam ab alieno Episcopo, etiam cum literis dimissoriis proprii Episcopi: & num. 6. subdit illum in irregularitatem incidere, si functionem Ordinis suscepti exerceat antequam absolvatur.

Ordinatus igitur cum patrimonio sibi donato, cum pacto, seu conditione de illo reddendo, & restituendo post ordinationem, vel non fruendi bonis donatis, seu non petendi quicquam, non potest dici ordinatus sine titulo, nec incurrere ullam poenam, seu suspensionem, etiam stante dicta Constit. Sixti V. nam iste revera est ordinatus cum patrimonio vero, & non ficto; ista enim est vera donatio, ex qua transfertur dominium in donatarium, licet cum illo pacto, seu modo, juxta tit. de donationibus, qua sub modo. Ita Fr. Emman. dict. cap. 15. num. 3. Cardin. Tolet. dict. lib. 1. cap. 48. vers. 5. Petr. de Ledesm. in sum. part. 1. de Sacramento Ordinis, c. 7. concl. 6. difficult. 3. Nicol. Garcia d. cap. 5. à num. 161. Bonac. d. puncto 9. num. 8. ubi intelligit modò non restituat ante ordinationem, vel pactum non inierit cum ordinante, vel præsentante ad Ordines. Quamvis contrarium teneant

teneant Sayr. d. cap. 15. n. 3. Ceval. q. 527. n. 13. Navar. d. cap. 2. n. 158. & consil. 14. num. 13. & consil. 22. & ultim. num. 2. de temporib. ordinat. atque alij, quos refert Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 166. ubi num. 169. resolvit † donantem patrimonium alicui ad Ordines, rectè posse apponere pactum; & conditionem de eo reddendo, cum ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel aliàs unde vivere possit, quia tunc non est contra Concilium, de quo etiam Bonac. d. punct. 8. num. 15.

32 Sic etiam ordinatus ad titulum patrimonij, qui post ordinationem illud retrodonat, seu renuntiat, vel alienat, quamvis peccet mortaliter, quia facit contra prohibitionem Concilij, & sic puniri possit per Episcopum, non incurrit tamen ullam suspensionem: ita Navar. in man. cap. 27. n. 158. vers. 2. & cons. 22. sub tit. de tempor. ordin. in novis, quod deest in antiq. Sayr. sub eod. tit. decis. 60. Salzed. ad Bernardum, cap. 18. n. 13. Graffis in decis. aureis, p. 2. lib. 2. cap. 97. n. 67. Avila de censuris part. 3. disp. 5. dub. 5. Bonacina dict. punct. 9. num. 7. Fr. Emman. d. cap. 15. n. 4. Gu-tier. d. q. 65. n. 10. Sayrus de censur. lib. 4. cap. 15. n. 23. ad finem, Ceval. quast. 527. n. 9. & post Quintanadu. Tolet. Petrum Ledesma, Suarez, & alios Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 161. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 159. n. 16. & 17. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 3. 2. num. 72. vers. porro, Sanch. in opusc. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 40.

33 Ex dictis supra num. 26. jam inferitur, clericum qui nullo prævio pacto cum ordinante, vel præsentante, Ordines sine titulo accipit, veluti titulum patrimonij confingendo, mentiendo, aut falsò probando habere, quod non habet, vel plus habere quàm habeat, cum tamen id quod habet, ad sustentationem non sufficiat, aut fictam donationem ab aliquo accipiat, in præfatam suspensionem non incidere. Ita Tolet. de instit. Sacerdot. lib. 1. cap. 49. n. 5. aliàs cap. 48. n. 16. Emman. Sa verb. Suspendio, num. 10. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 37. §. 2. Fr. Emman. Rodrig. etiam in sum. part. 2. cap. 15. n. 5. Gutier. præct. lib. 2. quast. 65. n. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 10. n. 26. cum seqq. Avila de censur. part. 3. disp. 5. dub. 5. concl. 2. Squilante de obligat. cleric. part. 2. dub. 4. Homobon. de Bonis de examine Eccles. part. 2. tract. 11. cap. 10. q. 22. Nicol. Garcia d. part. 2. cap. 5. num. 161. Anton. Diana moral. resol. part. 2. tract. 2. in miscel. resol. 5. & tract. 4. de Sacram. resol. 184. Quamvis illum suspensionem ipso facto incurrere ab Ordine sic suscepto existimaverint Navar. cons. 14. & 46. de tempor. ordinat. & in man. cap. 27. n. 158. Bernard. in præct. cap. 18. in princ. Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 15. Jacob. de Graff. in decis. aureis, lib. 2. cap. 97. n. 56. Suar. de censur. disp. 1. sect. 1. n. 31. cum seq. Mar. Alter. eod. tract. tom. 2. disp. 10. cap. 3. colum. 3. Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 32. num. 8. D. Acuña ad d. cap. neminem, num. 22. & plures citati alleg. præced. num. 47. Quorum sententia hodie recipienda videtur, non ob rationes ab illis allatas, sed propter Constitutionem quandam, quam edidit S. D. N. Urbanus VIII. incip. Secretis aeterna providentia, sub die 11. Decembris 1624. ubi impolita est suspensio perpetua contra promotum ficto, falso, seu fiduciario patrimonio, his verbis: † Promoti verò perpetua suspensionis pœnam absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinenda incurrant, eo ipso insuper promotos hujusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciariis patrimonij titulis scienter se ad Ordines hujusmodi promoveri fecerint, non solum prædictis, verum etiam majoribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis pœnis, &c. quanquam in præfatis verbis sermo videtur esse tantummodò de nostris Lusitanis, Hispanis, Gallis, & Ultramontanis.

Barbos. de Episcop. Pars II.

Utrùm autem qui ementito patrimonio ad sacros Ordines assumitur, data antapocha, quæ vulgò dicitur contra scriptura, aut data fide, vel juramento se post ordinationem patrimonium illi assignatum redditurum, vel fructus nunquam petiturum, teneatur stare promissis? In qua quæstione Diana moral. resol. p. 2. tract. 2. de Sacram. resol. 184. post multos, quos refert, resolvit non teneri, quia donato tali patrimonio in titulum, Episcopus jus ad illud acquirit, fitque illi hypothecatum; tum quia tale patrimonium effingens, & illud ordinando ficta donatione donans, propriæ culpæ imputare debet, si tale patrimonium recuperare minimè possit.

Religiosi Canonici, sive Clerici Regulares, seu intra claustra Monasteriorum, sive domorum more Regularium in communi viventes, qui nunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem emittunt, & ex claustro exire, vel dimitti ad sæculum liberè, & licitè possunt, si prætextu Religionis ante professionem se faciunt promoveri ad Ordines sacros, absque titulo beneficij Ecclesiastici, seu patrimonij, juxta decretum Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2. sunt suspensi ipso jure ab executione Ordinum, & si in illis ministraverint, eo ipso irregularitatem incurrunt, ut statuit Pius V. in sua Constit. 74. incip. Romanus Pontifex, publicata die 12. Novemb. 1568. de qua testatur Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 5. n. 65. Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Ecclesiastici, c. 8. num. 16. Vide Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 35. num. 9. tenet per illam Constitut. dicta de clericis sæcularibus observanda esse in Regularibus non professis.

Excipiuntur Religiosi Societatis JESU, etiam scholares, & primam solummodò professionem emittentes, qui ordinari possunt, & debent sine titulo patrimonij, & beneficij; quamvis enim statim post biennium non emittant professionem solemnem, sed simplicem, nihilominus professio illa cum triplici voto simplici in hac parte sufficit, & sufficientem titulum præbet ex privilegio, & concessione Gregorij XIII. cujus meminerunt Suar. de censuris, disput. 31. sect. 1. num. 38. Bonac. dict. disp. 3. quast. 1. puncto 8. num. 17. Compendium Societatis JESU, verb. Ordo 2. Miranda in manuali Prælator. quast. 29. art. 5. conclus. 1. tom. 1. & diximus supra alleg. 19. num. 7.

ALLEGATIO XXI.

Episcopus sine commendatitiis proprij Ordinarij literis, an possit aliquem Sacerdotem ad celebrandum admittere?

SUMMARIUM.

- 1 Clericus peregrinus sine Commendatitiis sui Ordinarij literis ab ullo Episcopo ad Divina celebranda, & Sacramenta administranda non est admittendus.
- 2 Fidem justam faciens de sua ordinatione, potest admitti ad celebrandum.
- 3 Peregrinus non habens commendatitias literas, nec fidem faciens de sua ordinatione, nullo est jure suspensus, sed potest secluso scandalo celebrare.
- 4 Commendatitia litera sunt obtinenda ab eo, qui petentis clerici Ordinarius fuerit.

- 5 *Commendatitia littera ab Episcopo deneganda non sunt clericis, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia.*
- 6 *Beneficium simplex habens, non potest cogi reside-
re in diœcesi, ubi illud habet.*
- 7 *Episcopi possunt admittere Sacerdotes externos ha-
bentes litteras commendatitias ad Missæ sacri-
ficiu, & ad Sacramenta administranda.*
- 8 *Episcopus potest prohibere ne celebrent exteri Sa-
cerdotes in Ecclesiis Regularium, nisi prius ab
ipso Episcopo, visis litteris commendatitiis, ad-
missi fuerint.*

IN Concil. Chalcedon. relato in cap. ex-
traneo, 9. dist. num. 71. sancitum erat ne
extraneo clerico sine commendatitiis li-
teris proprii Episcopi usquam penitus li-
ceret ministrare, & in Concil. Agathensi relato in cap.
Monachum, 20. q. 4. actum fuit ne clericis sine com-
mendatitiis litteris proprii Episcopi licentia pateat evan-
gandi; non enim possunt clerici, ut possent laici, sine
sui Episcopi licentia domicilium mutare extra Diœce-
sim, cap. *non oportet*, c. *si qui verò*, c. *si quis Presby-
ter* 23. cap. *propter eos* 7. q. 3. & istis locis notant Ar-
chid. & Gemin. Carol. de Grassis de effectib. clerical.
effectu 25. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 3. q. 8.
sect. 2. n. 1085. propè fin. ubi per c. *si quis in Clero*, ead.
causa, & quæst. subdit nec posse clericos sine ejusdem
licentia à sua Ecclesia abesse: novissimè Concil. Tri-
dent. sess. 23. de reform. c. 16. vers. *nullus*, jubet nullum
clericum peregrinum sine commendatitiis sui Ordina-
rii litteris, ab ullo Episcopo ad Divina celebranda, &
Sacramenta administranda esse admittendum; dantur
enim Presbytero peregrinationem suscipienti, ut ei li-
ceat in aliena Diœcesi Missarum sacrificia facere, Azor.
instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 49. q. 1. Episcopi igitur
in suis Diœcesibus interdicerent ne cui vago,
& ignoto Sacerdoti Missam celebrari liceat. Concil.
Trident. sess. 22. in decreto de observand. & vitand.
in celebr. Missæ, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 18.*
q. 9. me citato in hoc loco, Alzed. d. p. 1. cap. 10. n. 30.
Sanch. in opusc. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 47. num. 1.
illis enim minimè licet alieno Presbytero concedere
facultatem celebrandi in sua Diœcesi, nisi de promo-
tione constet, vel commendatitias litteras à proprio
Ordinario portet, d. cap. *extraneo*, cum duobus seqq.
cap. *tua fraternitatis*, de clericis peregrinis, Concil.
Brachar. *ultim. act. 2. cap. 12.* Fr. Emman. *quest. Regul.*
tom. 2. q. 121. art. 1. Marc. Anton. Genuens. in *praxi Ar-
chiep. cap. 40. n. 1.* Henriq. in *sum. lib. 10. cap. 34. §. 6. in
fine*, Suar. de Religione, tract. de voto, lib. 3. cap. 4. n. 9.
Igitur hujusmodi commendatitias litteras esse de for-
ma, insinuat Mandos. *reg. 24. Cancel. q. 3.* † At verò
si illis careret, & faciat fidem de sua ordinatione, po-
test admitti ad celebrandum. Navar. *consil. 1. num. 1. in
fine*, de celebr. Missar. Aloys. Ricc. in *decis. Curia
Archiepisc. Neapol. part. 1. decis. 150.*

Si tamen commendatitias litteras clericus peregrinus
non habuerit, nec fidem fecerit, nullo jure est suspen-
sus, sed potest secluso scandalo celebrare, prout re-
solvunt Navar. *cons. 5. sub tit. de celebr. Missar.* quod
est in novis *cons. unic. de clericis peregr. & in man. c. 27.*
n. 153. Henriq. d. §. 6. in *comm. lit. I.* Reginald. in *praxi
fori pœnit. lib. 29. n. 42. vers. tantoperè*, Sayr. *decis. 5.
de celebr. Missar.* Sanch. d. dub. 47. num. 2. ubi num. 3.
resolvit talem clericum, si fuerit notus, non indigere
litteris commendatitiis sui Episcopi, prout nec etiam
indigere ait, si litteræ dimissoriae ad Presbyteratum
suscipiendum fuerunt paulò ante datæ, quia Episco-
pus approbans ad Presbyteratum, satis videtur appro-
bare mores, &c. Secus si magnum intervallum inter-
fuit, quia ex dimissoriae non approbant mores præ-

sentis, ut si per decem annos antea fuissent datæ. Po-
test dubitari an Episcopus sine causa possit expellere
alienum clericum commorantem in ejus Diœcesi sine
litteris sui Episcopi, qui non vult exercere Ordines,
sed tanquam advena ibi commorari, vel possit ei in-
gressum prohibere in ejus Diœcesi: in qua quæstione
negativè, non data causa, respondet Marc. Anton.
d. cap. 40. num. 2.

Hæ commendatitiæ litteræ sunt obtinendæ ab eo qui
petentis clerici Ordinarius fuerit, prout decisum re-
fert Armend. in *addit. ad recop. legum Navarra, lib. 1.*
tit. 18. l. 7. de *Episcop. n. 56.* † Nec sunt denegandæ
ab Episcopo Sacerdotibus, & clericis, qui non ha-
bent beneficia in titulum residentiam requirentia,
prout etiam decisum refert idem Armendar. num. 36.
& iterum in *sacra Congreg. Cardinalium negotiis Epi-
scoporum, & Regularium preposita*, decretum fuit illos
non posse revocare subditos Ecclesiasticos alibi degen-
tes, nec eos cogere, sed teneri litteras ei dare extra
volentibus morari, si ratione beneficii non adstrin-
gerentur in sua Diœcesi residere, dicit ita in causa pro-
pria obtinuisse Campanil. in *divers. juris canon. rub. 9.*
cap. 6. n. 4. Sic etiam in facti contingentia respondisse
asserit Aloys. Ricc. in *praxi fori Ecclesiast. decis. 598.*
in 1. edit. & *resol. 524.* ubi ampliat † ad clericum
obtinentem simplex beneficium, qui etiam non po-
terit cogi residere in Diœcesi, ubi illud habet, sed
poterit ire quò vellet, & ita dicit in Rota decisum in
una nullius beneficii, 28. Maij 1604. coram Illustriss.
Domino Ludovisio, nunc S. D. N. Gregor. XV. in-
ter ejus impellas *decis. 175.*

Episcopus sicut potest admittere Sacerdotes externos
habentes litteras testimoniales suorum Ordinum ad
Missæ sacrificium, ita ad Sacramenta administranda,
dummodo illi verè idonei sint, prout refert decisum
idem Armendar. d. l. 7. de *Episcopis*, n. 83.

Missam ne celebrent exteri Sacerdotes in Ecclesiis
Regularium, potest Episcopus prohibere, nisi prius
ab Episcopo visis litteris commendatitiis ipsi Sacer-
dotes admissi fuerint: ita decisum referunt Galet. in
sua margarita casuum conscientia, verb. Missa, Aloys.
Ricc. in *praxi fori Ecclesiastici, decis. 750.* in 1. edit.
& *resol. 635.* in 2. edit. Armend. in *addit. ad recopil.
legum Navarra, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. num. 53.*
Nald. *verb. Missa, num. 35.* Aloys. Ricc. in *decis. Cu-
ria Archiep. Neapol. decis. 298. p. 4.* Homobon. de
Bonis de *examine Ecclesiast. part. 2. tract. 12. cap. 4.*
q. 16. *resol. 3. pag. 459.*

ALLEGATIO XXII.

Episcopus an possit concedere liceo-
tiam asservandi sanctissimum Eucha-
ristiæ Sacramentum in Ecclesia non
Parochiali?

SUMMARIUM.

- 1 *Sanctissimum Eucharistia Sacramentum ex antiqua
Ecclesia consuetudine in Sacratio asservatur.*
- 2 *Tabernaculum ubi est asservandum, quale debeat
esse, ostenditur.*
- 3 *In Sacratio sacra alia præter sanctissimum Eucha-
ristia Sacramentum non debent teneri, sed in
alio separato decenti loco.*
- 4 *Deferendum ad infirmos per Christianorum stru-
ctas, præcipientibus luminariis, sonante campana,
Parocho superpelliceo induto deferente, &
Psalmos, seu Orationes inter eundem reci-
tante.*

- 5 Parochus cum vadit ad communicandum infirmum, debet portare duas hostias consecratas, ut cum una communicet infirmum, & aliam reportet honorificè, ut populus adoret.
- 6 In Conimbricensi Episcopatu est Constitutio, qua precipit haberi lumen accensum diu noctuque ante sanctissimum Eucharistia Sacramentum.
- 7 Solemnitas venerabilis Sacramenti potius celebrari debet in Ecclesia Cathedrali, quam in alia, totius rei agenda auctoritate penes Capitulum manente.
- 8 Episcopus non habet potestatem concedendi licentiam, ut sanctissimum Sacramentum in Capellis, & aliis Ecclesiis non Parochialibus pro adoratione asservetur.
- 9 De cultu, & veneratione sanctissimo Sacramento exhibenda.
- 10 Miracula plura de hoc sanctissimo Sacramento.
- 11 Miraculum Neapoli factum refertur.
- 12 Miraculum refertur in diœcesi Bracharensi successum.
- 13 De institutione, excellentia, transsubstantiatione, & preparatione sanctissimi Sacramenti agentes Doctores referuntur.

SANCTISSIME ex antiqua consuetudine sanctissimum Eucharistia Sacramentum in Sacrario asseruari sancta Ecclesia morem retinuit, juxta Constitut. Innoc. III. in Conc. Gang. de custod. Euchar. cap. 1. Sac. Concil. Trident. sess. 13. cap. 6. & canon. 7. tractant Durand. in rationali divinorum, lib. 4. cap. 41. n. 53. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 5. n. 9. a'iaque in hoc propositum adducunt Hentiq. in sum. lib. 8. c. 39. lit. A, ubi in textu refert multas utilitates, quas asfert Christi corpus dum in Sacrario asseruatur, Ægid. de Coninch, de Sac. & censur. q. 76. n. 85. cum seqq. Balduin. jun. super opera controv. Bellarm. part. 2. lib. 3. cap. 5. † Tabernaculum ubi sanctissimum Eucharistia Sacramentum conservatur, in Altari majori, vel si commodè ibi non poterit, saltem in aliquo Ecclesie conspicuo, & nobiliori loco collocari debet decenter, pro facultatibus loci exornatum, benè clausum, & clavis ipsius non relinquatur in Altari, seu alio communi loco, sed penes Capellanium, vel Parochum custodiatur. Intus etiam decenter ornari debet, & tenendæ sunt ibi duæ pyxides, in quarum una conservetur sanctissimum Sacramentum, in altera deferatur ad infirmos, & pyxides istæ non nisi super Altari viatico; vel super Corporali collocentur: ita Fusch. d. lib. 1. cap. 5. à num. 3. Piafec. in praxi nova Episc. part. 2. cap. 3. n. 24. verb. unde 1. ubi admonet † ne ibidem alia Sacra teneantur, sed in alio separato decenti loco, dicitque respondisse Sacram Congreg. Rituum Episcopo Anconit. 22. Febr. 1563. per plateam in qua habitant Judæi, † Sanctissimum Eucharistia Sacramentum non esse deferendum, sed per Christianorum stratas, præeuntibus luminaribus, sonante campana, Parocho, seu Capellano superpelliceo induto deferente, & Psalmos, seu Orationes inter eundem recitante: novissimè die 13. Septembris 1642. in una Calaguritana Collegiata de Victoria, sacra Rituum Cong. decretis antiquis inherendo respondit. Clavem Tabernaculi, in quo sanctissimum Eucharistia Sacramentum feria quinta in Cæna Domini asseruatur, nequaquam laicis etiam illustribus tradendam esse, sed potius dignitati, vel canonico in crastinum celebraturo, & ita in Ecclesia prædicta servari mandavit.

Tenetur Parochus habere in publico Sacrario asseruatas formulas Eucharistia, † ut ad infirmos opportunè deferat, etiam tempore pestis, cum proprio periculo. Henriq. in sum. lib. 8. cap. 55. §. 2. Cum Parochus vadit ad communicandum infirmum, debet por-

tare duas Hostias consecratas, ut cum una communicet infirmum, & aliam reportet honorificè, ut populus adoret, Cened. ad Decretal. collect. 51. num. 2. & semper † cum luminibus debet deferri, sive extrahatur à Sacrario; sive à custodia, Zerola in praxi Episc. p. 1. verb. Eucharistia, §. 2. Et refert Navar. de Orat. cap. 18. n. 67. in Conimbricensi Episcopatu Constitutionem esse, quæ precipit haberi lumen accensum diu noctuque ante sanctissimum Eucharistia Sacramentum, & hoc perpetuò observandum dicit Fusch. dicit. cap. 5. num. 6.

Semper laborandum est, quantum fieri poterit, ut sicut in conspicuo, & nobiliori Ecclesie loco sanctissimum Eucharistia Sacramentum collocari debet: ita etiam in maiori Ecclesia, potius quam in alia, asservetur, quia magis decet, ut solemnitas venerabilis Sacramenti celebretur in Ecclesia Cathedrali; quam in alia, ex eaque sumatur, & in processione per vias publicas circumferatur, & ad eandem Ecclesiam referatur, totiusque rei agenda auctoritate penes Capitulum manente, prout decisum refert Armendariz in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 4. titul. 29. l. 1. §. 1. in declarat. num. 8. Omnia hæc post primam hujus tractatus impressione ex nobis mutuatus est Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiepiscop. Neapolit. decis. 23. p. 4. De festo sanctissimi Corporis Christi quod ex institutione Urbani IV. celebratur feria quinta proximè sequenti octavam Pentecostes, agunt Clem. si duas, de reliq. & venerat. SS. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 1. cap. 14. Vincent. Filliuc. in sum. tom. 2. tract. 27. cap. 3. n. 45. Illesc. in histor. Pontific. lib. 5. cap. 38. Bzov. annal. tom. 13. anno 1264. n. 13. cum seqq. Carril. in annalib. chronolog. lib. 4. anno 1264. in princ. fol. 364. verso, novissimè Camargo en el epitome historial de la Iglesia Militante, anno 1264. pag. 259. Et officium hujus festivitatis fuisse compositum à S. Thoma Doctore Angelico jussu Urbani IV. à quo in præmium retulit columnam argenteam, refert Raguic. de Missa Ecclesia, q. 109. num. 3. & Carillo loco citato.

Quare cum hæc decencia in asseruando sanctissimum Eucharistia Sacramentum in Ecclesia non Parochiali vix inveniri possit; igitur summa cum ratione Episcopo non datur potestas concedendi licentiam, ut illud in Capellis, & aliis Ecclesiis non Parochialibus pro adoratione fidelium asservetur, nisi ex auctoritate, & concessione Papæ; & ita responsum fuisse à Sacra Congreg. de anno 1609. referunt Piafec. in praxi nova Episcop. part. 2. cap. 3. num. 33. vers. huc pertinet, pag. 161. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiepiscop. Neapol. cap. 92. in 1. edit. & cap. 110. in 2. edit. Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 1216. & in praxi fori Ecclesiast. post resolut. 495. in moralibus, de materia Episcop. in fine, in 2. edit. novissimè Alzed. de præcellent. Episcop. dignitat. part. 2. cap. 6. num. 74.

De cultu, & veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda agit S. Concil. Trident. sess. 13. de sanctiss. Euchar. c. 5. Suar. tom. 3. disp. 35. Coninch de Sacram. tom. 1. q. 73. n. 15. & q. 76. n. 95. Valer. Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 37. in fine, Fr. Raphaël de la Torre in 2. 2. D. Thoma, tom. 2. q. 99. art. 3. disp. 4. in princ. † Innumera penè miracula de hoc sanctissimo Eucharistia Sacramento refert Lusitanus noster Petrus Marizius in lib. miraculi Sanctarantensis, referunt & alij Beia in responsis casuum conscientia, p. 3. casu 38. Auctor Enchiridij temporum, in anno 1517. fol. 266. verso, Illecas in chronica Pontificali, part. 2. lib. 30. c. 30. §. 3. fol. 448. & c. 14. fol. 85. verso, n. 190. verso, Ludov. de Bovia in 3. part. eiusdem chronica Pontificalis, in vita Papa Greg. XIV. c. 13. pag. 519. Bleda in speciali tract. de los milagros del sanctissimo Sacramento.

11 Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. cap. 49. n. 1. ubi ait quod † anno 1601. in Ecclesia sanctæ Crucis civit. Neapol. dum Sacerdos Missam celebraret, & jam sumpisset sanctissimam Hostiam, antequam sumeret Sanguinem, cecidit de cælo fulmen Capellam, & Altare diruens, comburensque partem corporalis sub Calice prostrati, nec tetigit Sanguinem, nec Sacerdotem offendit.

12 Ego etiam silentio præterire non possum maximum hujus sanctissimi Sacramenti miraculum, quod Bracharensi in Archiepiscopatu accidit anno 1606. in oppido de Mondim: nam cum quinta feria majoris hebdomadæ in Ecclesia illius oppidi manifestum esset sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum pro adoratione fidelium super altiori mensa pro sepulchro, ibique circumessent accensa luminaria, interim eum omnes prandebant, relictis Ecclesiæ portis clausis, in eadem mensa ex luminariis ignis accensus est, ac deinde combustis totius Ecclesiæ paramentis, atque ipsa mensa, ubi erat collocatum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, illo tantum, ac Calice; & Corporalibus super quibus erat impositum, illæsis, cæteris omnibus in dicta Ecclesia admissis penitus exultis, extracta remansit mensa, cujus materies, licet combusta, integrè sustinebat nostræ salutis pondus, ac futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis pignus. O magnum pietatis opus, & mirabile divini sui erga homines amoris signum, & monumentum! Accedamus igitur fideles magna reverentia, & sanctitate ad hoc sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, est enim, ut inquit Bernardus, ægris medicina, peregrinantibus via, debiles confortat, valentes delectat, languorem sanat, per hoc homo mansuetior fit ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem devotior: referunt Canis. in lib. de Eucharistia, §. 9. Campanil. in diversorio Juris Canonici, rub. 12. cap. 7. num. 28.

13 Alia de venerabili Eucharistiæ Sacramento, de ejus institutione, excellentia, transubstantiatione, præparatione, & usu, vide in Concil. Trid. sess. 13. cap. 1. cum seqq. & apud Cardin. Bellarm. in controvers. Cathol. tit. de Eucharistia, Galet. in margarita casuum conscientie, verb. Eucharistia, Emman. Sà in aphorismis, verb. Eucharistia, Vigner. cod. verb. Barthol. ab Angelo de Sacram. dialog. 4. de Eucharistia, Angles in floribus Theologicis, tit. de Euchar. Valentia tom. 4. disp. 6. Victor. in sum. de Euchar. Vivald. in candelabro aureo, tit. de Euchar. Alphonf. Alvarez in speculo Juris Pontificij, tit. de sacramento sanctiss. Euchar. à pag. 180. Fr. Emman. in sum. p. 1. cap. 67. de Communionem. Chamerota de Sacram. ubi de Euchar. Henriq. in sum. lib. 8. de sanctiss. Euchar. Possévin. de Communionem, Gabr. Valquez in 3. p. D. Thomæ, q. 73. disp. 177. cum seqq. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. del excellentissimo Sacramento del Altar, que se llama Eucharistia. Ægid. de Coninch. de Sacramentis, & censuris, q. 73. Bonac. de Sacramentis, disp. 4. Barthol. Gori de augustissimo sacrosancta Eucharistia sacramento.

ALLEGATIO XXIII.

Episcopus an, & quando possit facultatem concedere celebrandi in Capella domus privata?

SUMMARIUM.

1 Missa sacrificium prohibitum est celebrari extra

Ecclesiam, vel locum sacrum ad id specialiter deputatum.

- 2 Celebrare in loco non sacro extra casum necessitatis, etiam non dato scandalo, mortale est peccatum.
- 3 Fratribus Predicatoribus, & Minoribus, ac etiam Patribus Societatis JESU conceditur, ut ubicunque fuerint, sine Parochialis juris præjudicio, cum Altari valeant viatico celebrare.
- 4 An post Concilium Trident. sublata sint hujusmodi concessionem, disputatur.
- 5 Episcoporum privilegium, de quo in cap. ult. de privileg. lib. 6. an sit per Concilium Trident. sublatum, ostenditur.
- 6 Episcopus de Jure communi poterat concedere, ut in sua diœcesi extra locum sacrum in Altari portatili celebraretur.
- 7 Facultas hæc, an sit revocata per Concilium Tridentinum disputatur, & pro affirmativa parte allegatur.
- 8 Pro negativa tenent plures Doctores.
- 9 Conciliantur hæc contraria opinionem, ita ut prior procedat deficiente necessitate, vel justa causa: posterior verò illa stante.



EXTRA Ecclesiam, & locum sacrum ad id specialiter deputatum, prohibitum est sacrificium sacrosanctæ Eucharistiæ celebrare, text. optimus in c. sicut, & in cap. Missarum, cum seqq. de consecr. dist. 1. Concil. Trident. sess. 22. de observandis in celebratione Missæ, D. Thom. 3. p. q. 83. art. 3. ad 1. Durand. in rationali divin. lib. 4. cap. 1. n. 41. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de sacram. Euchar. c. 2. Henriq. in sum. lib. 9. c. 27. §. 1. Suar. tom. 3. disp. 81. sect. 3. & 5. Joan. de la Cruz de statu relig. lib. 2. c. 5. dub. 7. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 26. q. 1. Cened. canon. quest. lib. 1. q. 4. à num. 5. Chamerota de Sacram. tract. 4. de Eucharist. tit. de sacrificio Missæ, dub. 15. Pialec. in praxi Episc. part. 2. c. 3. n. 21. in fine, Bonac. de Sacram. disp. 4. quest. ult. puncto 9. num. 9. & 10. Ludov. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 41. art. 9. concl. 2. Aloys. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 78. p. 4. Nald. verb. Missa, n. 31. Homobonus de Bonis de examine Eccles. tract. 4. q. 137. Joan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. Missa, diff. 2. in princ. verb. Missa, Raguf. de Missa in Ecclesia, quest. 57. in princ. Fernandez in examine Theologia mor. p. 3. cap. 5. §. 10. novissimè Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, p. 1. lib. 1. cap. 13. n. 1.

Unde mortale esse extra casum necessitatis in loco non sacro celebrare, licet non detur scandalum, tenent Navarr. in man. cap. 25. n. 80. & 81. D. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. n. 4. Sylvest. verb. Missa 1. n. 5. Suarez d. sect. 3. in princ. Henriq. d. cap. 27. §. 1. Valq. 3. part. disp. 253. cap. 3. num. 4. & 6. Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 249. num. 1. & quest. Regularium, tom. 1. q. 43. art. 4. vers. ex quo infertur, Hieron. Llamas in sum. p. 3. methodi, c. 5. §. 15. Jacob. de Graff. in decis. aureis, part. 1. lib. 2. cap. 42. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 29. n. 176. Chamerota ubi supra, Barthol. ab Angelo de Missa, dialogo 5. n. 617. & 619. Coninch. de Sacram. q. 83. art. 3. dub. 1. num. 124. Salzed. ad Bernard. cap. 37. Nugn. quest. 83. art. 3. Fagundez d. cap. 13. n. 2. Azor. d. cap. 26. q. 8. novissimè Trullench. in exposit. Bullæ Cruciatæ, lib. 1. §. 3. dub. 4. contra Sotum in 4. dist. 13. quest. 2. art. 3. afferentem vix posse contingere mortale ex celebratione Missæ extra Ecclesiam, si cesset scandalum, quem sequitur Sà in aphorism. verb. Missa, num. 20.

Extra casum igitur necessitatis solitum est impediri, & concedi plerisque à lege Canonica, vel à Summo Pontifice privilegium, ut ubicunque vel ab Episcopis,

scopis, ut in suis diocesis cum Altari portatili liceat celebrare. De lege constat in privilegio Episcoporum, de quo in *cap. ult. de privileg. lib. 6. Diana moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 15.* de Summo autem Pontifice probat optimè text. in *cap. in his 30. de privileg. ibi: Cum Fratibus Predicatoribus, & Minoribus duximus indulgendum, ut ubicumque fuerint sine Parochialis juris præjudicio cum altari valeant viatico celebrare, &c.* de quo privilegio meminerunt omnes de hac materia agentes, illudque à Sixto IV. Alexandro VI. Gregor. VIII. renovatum, & ampliatur comprobatur, & explicatur Fr. Emman. *d. q. 42. art. 4.* alia similia adducens concessa Patribus Societatis JESU, quorum etiam meminerunt Henric. *d. cap. 37. §. 3. juncto commento. lit. T. Suar. d. sect. 3. versic. quarta exceptio.* De forma concedendi Breve in Romana Curia per Signaturam supplicationis, vel Pœnitentiæ officium, nobilibus, aut litteratis personis habendi Oratoria, multa scribunt Staphil. *de lit. gratia, tit. de rescriptis Apostolicis in forma Brevis, n. 8.* Ludov. Gomez in *tract. Brevium, n. 26.* Mandos. *in signatura, tit. de Altari portatili.* Stephan. Durantes *de ritibus Ecclesie, c. 15. n. 7.* & alij recentiores. Utrum autem si quis habuerit licentiam celebrandi in Oratorio domus suæ in certa civitate, possit uti hoc privilegio, si transferat domicilium in aliam? Affirmativam partem, quia hoc non est privilegium locale, sed personale, sustinent Anton. Navar. *in sum. Bullarum, tit. de Oratoriis privatis, n. 6.* Megal. *var. resol. tom. 1. resol. 67.* Diana *moral. resol. p. 4. tract. 4. resol. 208.*

Post Concil. Trid. in *d. decreto de observandis in sacrificio Missæ, sess. 12.* non ita licitus, & liber est usus horum privilegiorum, sed potius maximè controversum, utrum sublata sint hujusmodi licentiæ Jure communi, vel privilegio Pontificio concessæ Minoribus Mendicantibus, & Prædicatoribus, in *d. c. in his?* Et in primis quod sint derogatæ, tenent Navar. *d. n. 82. in fine.* Durant. *de ritibus Ecclesie, lib. 2. cap. 3. n. 3. versic. quo etiam decreto, & n. 8.* Henric. *d. §. 3. in commento lit. T. Suarez d. sect. 3. versic. quarta exceptio.* Azor. *d. cap. 2. vers. 7.* Chameroza *d. sub. 55.* Beia *in respons. casuum conscientie, p. 4. casu 33. vers. & quamvis.* Coninchi. *d. q. 83. n. 226.* Ragul. *de Missæ in Ecclesia, quesito 57. n. 1.* Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q. 41. art. 9. concl. 4.* Molfes. *in sum. tract. 3. cap. 10. n. 39.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Missa, differ. 2. in princ.* Homobon. *de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 4. q. 137.* Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta, p. 1. lib. 3. cap. 13. à n. 16.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 30. n. 15.* comprobantes ex verbis Concilij *vers. neminem,* dum præcipit Episcopis, ne patiantur extra Ecclesiam, & ad divinum cultum dedicata Oratoria, Sacrificium fieri à sæcularibus quibuscunque, adjecta in fine clausula generali derogatoria, quorumcunque privilegiorum: quare ipso jure advertunt Azor. & alij proximè citati, jam hodie Religiosos prædictos his privilegiis uti non posse, nisi post Trident. à Sede Apostolica fuerint confirmata, quemadmodum privilegia Societatis JESU confirmasse Paulum III. & Gregor. XIII. cum derogatione Concil. testantur Henric. *in d. §. 3. in comment. lit. T. Fagundez d. cap. 13. n. 17.* Contrarium tamen, quod Concilium hæc privilegia non revocet, contendit Fr. Emman. *dist. q. 43. art. 5.* sed frivolo fundamento, inquit enim Concilium solum præcipere Ordinariis, ut non obstantibus privilegiis compellant Regulares ne illis utantur. Sed retorquetur ex verbis Concilij, non enim præcipit Ordinariis ne permittant uti privilegiis, sed ne permittant extra Ecclesiam sæculares, vel regulares celebrare, adjecta clausula, non obstantibus privilegiis. Deinde quia si dicamus hæc privilegia revocata non esse, consequenter

dicendum est, non posse ab Ordinariis eorum usum impediri, juxta text. in *cap. decet, de reg. juris, lib. 6.* cum vulgaribus.

Quod privilegium Episcoporum in *d. cap. ult. de 5 privileg. lib. 6.* dubitat Navar. *consil. 5. sub illo tit. in novis.* Sed quod per Tridentinum Concilium sublaturum non sit, ut certissimum resolvit, decisumque refert Azor. *d. cap. 26. q. 4.* & multiplici ratione confirmat Beia *d. casu 33. ferè per totum,* & ita declaratum à sacra Congregat. attestantur Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Missa, differ. 2. vers. hæc tamen regula,* Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta, part. 2. lib. 3. cap. 13. n. 29.* Armend. *in additionib. ad recopil. legum Navarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 73.* ubi etiam ampliatur illo privilegio posse Episcopos uti ob invaletudinem, & n. 74. asserit decisum fuisse die 19. Junij 1586. posse Episcopum non valentem commode accedere ad Ecclesiam, domi celebrare, vel celebrari sibi facere, certè ante Concilium Trid. id Episcopis licebat, præsertim ex *cap. concedimus, & cap. Missarum, de consecrat. dist. 1.* Azor. *cap. 26. quest. 5.* Emman. *Sa verb. Episcopus, n. 24.* Fr. Emman. *in sum. tom. 4. cap. 5. n. 18.* me citato Alzed. *d. p. 1. cap. 13. n. 4.* & nuncupatim quod Episcopus extra suam diocesim ex stens domi celebrare, vel sibi facere celebrari possit sine licentia Ordinarij, per *d. cap. ult. resolvunt Ugolin. de officio Episc. part. 1. cap. 2. §. 2. n. 4.* Hieron. Venero *de examine Episcop. lib. 4. cap. 17. n. 14.* dum non sit in Urbe, Alzed. *d. part. 1. cap. 13. n. 6.* Sic etiam potest Episcopus, dum iter agit, Missam ante auroram, vel post meridiem dicere, seu alteri concedere, ut eam sibi dicat, ut docent Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 43. art. 3.* Azor. *d. lib. 10. cap. 25. q. 5. vers. si quæras,* per glorf. *in d. cap. ult. verb. indulgemus, de privileg. lib. 6.* Emman. *Sa verb. Missa, n. 27.* Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 40. art. 1. concl. 1.* me citato *in hoc loco,* Alzed. *d. part. 1. cap. 13. num. 12.*

Poterat etiam Episcopus concedere, ut in sua diocesi extra locum sacrum in Altari portatili quis celebraret, prout deducitur ex *d. cap. Missarum, ibi, in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit, cap. his erga, ibi, nisi in quibus Episcopus jusserit, de consecr. dist. 1.* expresseque probatur ex *d. cap. in his, ibi, id Prælati annuentibus licere eisdem,* ubi notat Anton. *num. 7.* & communem testatur Abb. *num. 2.* ac post Lap. Card. Tusc. *prælat. concl. tom. 1. lit. A, conclus. 31.* Mandos. *in tract. de signat. gratia, §. Altare portatile, & ante Concil. Trident. hanc fuisse receptam omnium traditionem fatentur Guttier. Canon. lib. 1. cap. 30. n. 5.* Navar. *d. cap. 25. n. 81.* Henric. *d. cap. 25. num. 81.* Azor. *q. 2.* Beia *d. casu 33. vers. tertio dico,* Suarez *vers. secundo observandum, dictis locis,* Cardos. *in praxi judicum, verb. Episcopus, n. 9.* Fagundez *in quinque Ecclesia præcept. cap. 1. lib. 1. cap. 3. num. 6.* qui rectè notant Sylvest. *in sum. verb. Missa, num. 5. vers. tertio,* deducere ex littera *d. cap. in his,* posse Episcopum dare hanc licentiam extra suam diocesim; nam textus qua parte agit de licentia celebrandi ubique, loquitur de interpretatione privilegij Sedis Apostolicæ, dum verò inferius ait sine ea permissu Episcopi celebrare potuisse, solum concludit id posse intra propriam diocesim concedentis, juxta regulam *cap. 2. de constit. in 6.*

Verùm magna est controversia, an facultas celebrandi extra Ecclesiam, quam diximus concedere posse Episcopum intra suam diocesim, sit revocata per Concil. *dict. loco?* Revocatam esse absolute tradit Navar. *d. num. 81.* sequuntur Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 2. num. 8.* Guttier. *dist. cap. 30. num. 25.* Cened. *canon. quest. lib. 1. quest. 44. à num. 6.* Cardos. *d. verb. Episcopus, num. 9.* Lotter. *d. lib. 1. q. 30. n. 15.* Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta, part. 1. lib. 3. c. 13.*